

University of St. Michael's College
3 1761 08051732 9


UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

# NOUVELLE
# REVUE THÉOLOGIQUE.

---

TOME XV. — 1883

*Imprimatur.*

*Mechliniæ, die 24 Decembris 1883.*

P. C. C. Bogaerts, *Vic. Gen.*

†

*Attenta Censorum Ordinis approbatione imprimi potest.*

*Romæ, die 20 Decembris 1883.*

FR. ÆGIDIUS A CORTONA

*Ord. Capuc. Min. Gener.*

*Brugis, die 24 Decembris 1883.*

FR. EDUARDUS EX TURNH.

*Min. Prov. Fr. Min Capuc. ind.*

# NOUVELLE
# REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION


**du R. P. PIAT de Mons,**

De l'Ordre des Frères-Mineurs Capucins,
Lecteur de Théologie morale et de droit canonique,
(M. le Chanoine LOISEAUX, ancien professeur de droit Canonique et d'histoire ecclésiastique au Séminaire de Tournai).


---

AVEC APPROBATION DE L'ARCHEVÊCHÉ DE MALINES.


---

Honorée d'un bref de Sa Sainteté Pie IX.

---

TOME XV. — 1883.

---




PARIS
LIBR. INTERNATIONALE - CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L. - A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Querstrasse, 34

Vve H. CASTERMAN
EDITEUR PONTIFICAL, IMPRIMEUR DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI
1883

# NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE.

## BREFS DE S. S. LÉON XIII.

### I.

ÉRECTION D'UN COLLÈGE ARMÉNIEN A ROME, SOUS LA DIRECTION DE SON ÉMINENCE LE CARDINAL HASSOUN.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

—

Benigna hominum parens Ecclesia, exemplis præceptisque conformata auctoris sui Jesu Christi, nullo tempore intermittit saluti generis humani prospicere, ita quidem in universas gentes maternam caritatem partiens, ut quantumvis aut morum varietate differentes, aut locorum longinquitate dissitas pari similique studio singulas tueatur. — Atque hanc præstantiam, amplitudinemque caritatis plane divinam, ex Orientalibus quidem inclita Armeniorum natio multis in rebus diu experiendo cognovit. Eos enim, ut traditum est, partim Apostolorum, partim virorum apostolicorum opera jam inde antiquitus in libertatem filiorum Dei vindicatos, Ecclesia catholica peramanter complexa est : ex eoque tempore satis historiæ loquuntur, plurimum in Armenia curarum studiique Romanos Pontifices, decessores Nostros, consumpsisse : idque eo semper consilio ut, quoad per eos fieri posset, conservarentur apud Armenios ea, quæ habentur magna in civitatibus bona, nimirum dignitas publica, concordia, tranquil-

litas, et, quod his omnibus longe antecedit, fidei catholicæ sanctitas una cum incorrupta morum christianorum integritate.

Quod sane non priscis dumtaxat ætatibus difficilioribusque temporibus, sed recentiore etiam memoria haud semel apparuit. Siquidem Urbanus VIII, admissis Armeniorum alumnis in Collegium urbanum christiano nomini propagando; Benedictus XIV, restituta Patriarchatus Ciliciensis dignitate ; Gregorius XVI, ordinata re Diœceseos Constantinopolitanæ, collataque liberaliter opera in hospitalem domum urbanam peregrinis ex Armenia recipiendis, præclaram voluntatem suam re ipsa testati sunt. Præ ceteris vero permansurum est Pii VIII beneficium et gratia, cujus potissimum instantia consilioque, adnitentibus Rege Galliarum et Imperatore Austriæ Hungariæ, illud est ab Othomani imperii principe impetratum, ut Armenios catholico ritu a schismaticorum antistitum servitute liberos esse pro potestate juberet. Quo facto Pontifex beneficus et sapiens Primatiali Sede, cui omnes ex Armenia catholici subessent, Constantinopoli constituta, incommodis diuturnis iisque permagnis finem imposuit. Ac simili modo Pius IX vel ab exordio Pontificatus sui oculos in Armeniam singulari cum benevolentia conjecit : et plura decursu temporis decrevit, quæ ad publicum ejus populi bonum sacræque disciplinæ incolumitatem prodesse viderentur. Quod si his superioribus annis, non sine magno bonorum omnium luctu, rem Armeniorum catholicam casus afflixit inopinatus et gravis, profecto desiderata non est hujus Apostolicæ Sedis vel constantia vel caritas in extinguenda funesta illa seditionis flamma, quam turbulenta paurorum ingenia concitaverant. Extremas ejus dissidii reliquias penitus sublatum iri Dei misericordis patrocinio confidimus, ut ad unum omnes referant sese ad sanctam catholicam Ecclesiam, pristinumque erga Apostolicam Sedem obsequium, cujus retinendi caussa, acerbas Armenii vexationes laboresque vehementes sæpe antea memorabili fortitudine pertulerunt.

His, quæ commemorata sunt, decessorum Nostrorum exemplis, atque ipsis Armeniorum hominum non exiguis in Ecclesiam officiis permovetur et ad bene merendum incitatur animus No-

ster, ceteroquin sponte sua propensus in Orientem, magnarum virtutum gloria nobilem, et christiani nominis originibus consecratum. Diu sane in hac cogitatione sumus, qua maxime ratione conveniat operam Nostram in publicam ejus gentis conferre utilitatem. In quo genere aliquid jam, juvante Deo, videmur assecuti ob industriam apostolicam virorum cum e Societate Jesu, tum e Scholis Christianis, quos in Armeniam Nos ipsi misimus, quique in institutione litteraria itemque in religiosa tertium jam annum desudant atque elaborant. — Verum tamen majus quiddam efficere est animus, omninoque providere ut, quemadmodum plures ex nationibus ceteris, sic et Armenia suam in Urbe domum altricem habeat, quo adolescentes indigenas mittat liberaliter erudiendos, et ad sacra munera diligenti præparatione exercendos. Idoneis quippe sacrorum administris instituendis nuspiam fortasse opportunitas, quam Romæ, major, in hac principe orbis christiani civitate, prope sepulchra Apostolorum maximorum, in ipsis oculis summi Pontificis, qui munere Dei vicario communis est gentium universarum pater, fideique catholicæ custos et interpres. Hoc plane idem caverat mens provida Gregorii XIII, decessoris Nostri, qui, datis in id litteris Apostolicis *Romana Ecclesia* III Idus Octobris anno MDLXXXIV, Collegium Armeniorum in Urbe condendum decreverat [1]. Mors tamen si Pontifici optimo propositi laudem non ademit, certe suscepti consilii cursum intercepit. Diu infecta re, postremo tempore Episcopi Armenii cum Romam frequentes convenissent ad sæcularia sollemnia ob memoriam principis Apostolorum, oblato ad Pium IX libello, suppliciter oraverant, ut quod Gregorius XIII inchoavit, nec absolvit, auctoritate curaque ejus perficeretur. Neque est dubitandum, ad Episcoporum preces exitum celerius responsurum fuisse, nisi caussæ variæ intercessissent. Nos vero, magna cum divinæ bonitatis fiducia, optatum jampridem opus aggredimur : ad cujus perfectionem ac tutelam si nequaquam tempora patiuntur tantum dare ac tribuere, quantum et voluntas ferret et res ipsa postula-

(1) *Bullar. Roman.*, tom. IV, part. IV, pag. 78.

ret, confirmat tamen Nos erectoque esse animo jubet spectata christianorum toto orbe in liberalitate constantia.

Itaque ad incrementum catholicæ religionis, ad decus utilitatemque nationis Armeniæ, his Litteris auctoritate Nostra apostolica fundamus et constituimus in hac alma Urbe Collegium Clericorum Armeniorum, eidemque privilegia jusque omne legitimi collegii tribuimus, ad leges quæ infra scriptæ sunt.

I. Dilectus filius Noster Antonius S. R. E. Cardinalis Hassun, natione Armenius, bene de re catholica apud populares suos meritus, primus ex instituto Patronatum Collegii Armeniorum suscipiat : eoque nomine jus potestatemque in Collegium gerat.

II. Cum placeat Nobis, Collegio Armeniorum certa quædam vincula cum sacro Consilio christiano nomini propagando intercedere, idcirco in reliquum tempus Cardinalis, qui sacri hujus Præfectus Consilii fuerit, idem Patronus seu *Protector* Collegii Armeniorum sit. Si is Patronus non erit, Cardinalis alter ex eodem sacro Consilio, auctoritate nutuque Pontificis maximi, Patronus adsciscatur.

III. Cardinalis Patronus, extremo quoque anno de disciplina deque re familiari ad Pontificem maximum per litteras referat.

IV. Curator seu *Præses* Collegii esto, qui et adjutor ab actis sacri Consilii ad negotia Orientalium. Si is Curator non erit, Curator adlegatur, jussu Pontificis maximi, ex ordine Antistitum Urbanorum.

V. Alumni Armenio ritu cooptentur a Cardinali Patrono, auctoribus Episcopis Diœceseon singularum.

VI. Cooptentur humaniorum litterarum primordia supergressi, in quibus indoles ad sacerdotium major esse videatur.

VII. Iidem in Collegio Urbaniano christiano nomini propagando ad scholas, studiorum caussa : factoque periculo, ad gradus Academicos admittantur.

VIII. Alumni natione Armenii, qui hoc tempore in Collegio Urbaniano sunt, in Collegium Armeniorum dimittantur.

IX. Collegium Urbanianum ex ærario suo, pro rata parte de-

crescentium Alumnorum, sex millia argenteorum italicorum, seu *libellarum*, Collegio Armeniorum in singulos annos solvat dependat.

Denique volumus, ut hæ Litteræ Nostræ firmæ ratæque, uti sunt, ita in posterum permaneant : irritum autem et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contigerit attentari : contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1 Martii, anno MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri anno quinto.

TH. CARD. MERTEL.

## II.

### Indulgences accordées aux associés de l'Adoration réparatrice des nations catholiques représentées a Rome.

Avant de donner le Bref, nous devons faire connaître cette association à nos Lecteurs. Nous ne pouvons le faire d'une manière plus complète et plus exacte, qu'en leur communiquant la notice suivante publiée à Rome avec l'approbation de son Éminence le Cardinal Vicaire. Le Bref de S. S. Léon XIII la suivra.

### ADORATION RÉPARATRICE

#### DES NATIONS CATHOLIQUES REPRÉSENTÉES A ROME.

—

#### I. — IDÉE GÉNÉRALE DE L'ŒUVRE.

L'idée générale de l'Œuvre se trouve formulée dans la supplique suivante déposée aux pieds de Notre Très Saint Père le Pape, le 2 Avril 1882 :

*Beatissime Pater,*

Ut preces XL horarum, quæ Romæ perpetuo habentur, vim

Reparationis Universalis inducant, initum est consilium convocandi successive, quolibet hebdomadis die, hora determinata, coram Sanctissimo Sacramento in ecclesiis *Urbis* exposito, pios fideles, ex una de præcipuis gentibus populi christiani Romæ commorantes ; quibus de eo moniti Catholici incolæ dictarum gentium sese unirent.

Quod consilium quum vacuum remansurum sit, nisi Apostolica Benedictione fulciatur, hæc humillime imploratur.

A cette supplique le Souverain Pontife a daigné répondre de vive voix : « *J'approuve beaucoup cette idée.* » Puis Sa Sainteté a bien voulu confirmer cette première approbation par le Rescrit suivant :

Die 7 Aprilis 1882.

Sanctissimus consilium laudat, et Apostolicam Benedictionem omnibus, qui in eodem perficiendo partem aliquam habuerint, benigne impertitur.

G. Boccali

*S. S. D. N. Cubicularius intimus.*

## II. — BUT DE L'ŒUVRE.

D'après la teneur de la supplique précédente, le but de l'OEuvre est d'offrir à la Majesté divine, publiquement outragée, une réparation renouvelée chaque jour par les nations catholiques représentées à Rome, dans les églises où se célèbrent les XL heures.

Cette réparation a spécialement pour objet les apostasies sociales, les blasphèmes, les sacrilèges, la violation des Lois divines, entre autres celle qui ordonne la sanctification du Dimanche.

## III. — MOTIFS.

L'impiété partout s'étale au grand jour. Au milieu des Assemblées populaires, dans la presse, au sein des temples maçonniques,

le Saint Nom de Dieu est outragé, la Divinité de Notre Seigneur Jésus-Christ est méconnue, son Église est en butte à toutes sortes de persécutions.

Bien plus : la Très Sainte Eucharistie elle-même est souvent profanée ; les sacrilèges se multiplient, les Saintes Hosties sont foulées aux pieds ; *Filium Dei conculcant et sanguinem Testamenti pollutum ducunt.*

Selon la parole de l'Apôtre, ce sont là des crimes de lèse-Divinité, qui peuvent attirer les châtiments les plus terribles. (Heb. X, 30).

Ils exigent donc une réparation publique en rapport avec la gravité du péché, — réparation à Jésus renfermé dans son Sacrement d'amour, — réparation à la très Sainte et Adorable Trinité par Jésus Hostie et Victime !

Et puisque Rome est le centre du monde et de l'Église, puisque, dans la personne de son Vicaire, Jésus y habite plus sensiblement que partout ailleurs, — à Rome plus manifestement aussi, le monde et les nations doivent, par leurs représentants et en union avec eux, offrir à Jésus outragé, le perpétuel hommage de leur Adoration réparatrice.

## IV. — ORGANISATION.

1° L'Adoration réparatrice des nations catholiques a lieu, tous les jours, une heure avant l'*Ave Maria*, c'est-à-dire une demi-heure avant le coucher du soleil, dans l'église, où le Très-Saint-Sacrement est exposé sous forme des XL heures.

2° Chaque nation a son jour spécial, définitivement adopté pour toutes les semaines. Un même jour est désigné à plusieurs nations à la fois : — leurs représentants se rendent dans l'Église indiquée et à l'heure susdite, pour y faire une demi-heure d'Adoration réparatrice.

3° Lorsqu'ils sont arrivés et réunis, autant que possible, près du Sanctuaire, ils récitent, chacun dans sa langue nationale, et

en silence, une amende honorable pour la nation représentée ; puis le *Miserere*, le *Parce Domine*, le *Domine non secundum peccata nostra*, les *litanies des Saints;* enfin cinq *Pater* et cinq *Ave* aux intentions du Souverain Pontife. — Les fidèles de Rome sont instamment priés de vouloir bien s'associer à cette OEuvre de réparation.

4° Les fidèles éloignés, qui auront donné leurs noms à cette Association, sont invités à faire, le même jour, et à peu près au même moment, l'Adoration réparatrice d'une demi-heure dans une église ou chapelle qui possède la Sainte Réserve [1].

5° Les Associés qui, soit à Rome, soit au loin, ne peuvent se rendre à l'église, s'unissent autant que possible à cette adoration, en récitant chez eux les prières sus-mentionnées.

On recommande à tous les Associés [2] de vouloir bien renouveler fréquemment l'intention d'offrir leurs prières, communions, travaux, souffrances, en vue de réparer les plus graves iniquités, dont la justice de Dieu attend satisfaction : et de redire souvent dans la journée : « *Sit nomen Domini benedictum. — Parce Domine, parce populo tuo, ne in æternum irascaris nobis ! — Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui ;* ou encore : Qu'à jamais soit loué, béni, aimé, adoré, glorifié Notre Seigneur Jésus-Christ au Très-Saint Sacrement de l'Autel !!

J. M. J.

Die 10 Maii An. 1882.

Annuimus ut hoc Schema typis imprimi possit.

R. CARD. VICARIUS.

(1) Il serait à souhaiter qu'ils puissent se réunir sous la conduite de MM. les curés ou de MM. les supérieurs et chapelains préposés à la garde des chapelles publiques, afin de reproduire, au jour indiqué, la même adoration qui se fait à Rome.

(2) S'adresser pour les inscriptions et pour tous renseignements à M. l'abbé Brugidou, Directeur de l'Adoration réparatrice à Rome, Piazza della Pigna, 24, p. 2°.

# LEO PP. XIII.

## AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Hac in adversitate temporum, dum tot tantaque scelera videt lugetque Christianus Orbis, atque incredibili prorsus impietati profligatissimis ab hominibus præcepta Dei conculcantur, Nobis innumeris quotidie amaritudinibus saturatis, haud levi solatio est studium et sollicitudo bonorum, qui in Dominum ausu temerario illatas injurias pro viribus rependere nituntur. Gratus idcirco Nobis est atque acceptus ille piorum consensus fidelium, qui sodalitia instituentes, in reparatrices preces Deo jugiter adhibendas, nec non domus divinæ cultum provehendum, æternamque animarum salutem procurandam, curas suas omnes cogitationesque collocarunt. Hæc inter sodalitia fidelium qui alacriter in vinea Domini adlaborant, illud præcipue adnumerandum esse censemus quod ab Adoratione Reparatrice gentium Catholicarum titulum obtinet, et in hac alma Urbe Nostra canonice institutum existit ; frugifero enim ab hoc Instituto quod in universum terrarum orbem extenditur, longinquæ regiones dissitæque gentes, una precum communione sociantur. Nam cum præcipuus sit dicti operis finis, precibus quadraginta horarum continuatarum quæ perpetuo in Urbe habentur, Reparationis Universalis vim tribuendi, Christifideles in pium hujusmodi opus adlecti, qualibet e Christiani populi gente sint orti, si in Urbe commorentur, constituto per hebdomandam die, pro unaquaque natione, in Urbis Ecclesiis, quadraginta horarum expositioni, statuta hora, per aliquod temporis spatium adstare, si vero extra Urbem degant, similibus pro quaque natione per hebdomadam die et hora constitutis, Ecclesiam in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur visitare, pariterque per aliquod temporis spatium juxta Sodalitii instituta orare solent. Nunc autem cum

dilectus filius Presbyter Antonius Brugidou dicti pii operis moderator supplices Nobis preces humiliter adhibuerit, ut pium hoc Institutum cœlestium munerum, quorum dispensationem Nobis Altissimus credidit, elargitione augere dignaremur; Nos hisce votis quæ in spirituale Universi Orbis Christifidelium bonum cedunt, quantum in Domino possumus, annuendum benigne censuimus.

Quæ cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis nunc et pro tempore dictum in pium opus adlectis fidelibus extra Urbem degentibus, qui juxta Sodalitatis instituta, supra memoratæ, in sua quaque regione quamlibet Ecclesiam devote visitaverint in qua Sacramentum Augustum asservetur, et coram ipso per mediam circiter horam oraverint, dummodo reliqua quæ injuncta sunt pietatis opera in Domino rite præstiterint, ut, quotidie, omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur, si orationi quadraginta horarum iisdem diebus in Ecclesiis Urbis adfuerint [1], de Apostolica Nostra Auctoritate vi præsentium concedimus. In Urbe vero Nostra, Instituti centro, nunc et pro tempore item existentibus sodalibus, dummodo vere pœnitentes et confessi ac S. Communione refecti, cujuslibet hebdomadæ die per Sodalitatis statuta ipsis designata, vel alia die, quatenus legitime fuerint impediti, pium opus Adorationis in Urbis Ecclesiis in quibus fit quadraginta horarum Oratio, rite peregerint, præter quadraginta horarum Indulgentias, omnes et singulas, uno die singulis per annum mensibus cujusque eorum arbitrio sibi eli-

(1) Ces indulgences sont : 1° une indulgence plénière à quiconque vraiment contrit, confessé et communié, visitera dévotement l'église où le Saint Sacrement est exposé, et y priera pour les fins ordinaires. 2° Une indulgence de dix années et de dix quarantaines, pour chaque visite, à tous ceux qui, vraiment contrits, la feront avec le ferme propos de se confesser. V. *Recueil de prières et d'œuvres pies auxquelles les Souverains Pontifes ont attaché des indulgences, publié par ordre de Sa Sainteté N. S. P. le Pape Pie IX*, pag. 72.

gendo, etiam Plenariam omnium peccatorum misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die VI mense Martii, anno MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri anno Sexto.

TH. CARD. MERTEL.

---

## DISCOURS DE SA SAINTETÉ LE PAPE LÉON XIII AU SACRÉ COLLÈGE DES CARDINAUX LE 2 MARS 1883.

Nous avons écouté, le cœur ému, les paroles de félicitation et d'affection que vous, M. le Cardinal, Nous avez adressées en votre nom et au nom de tout le Sacré Collège en ce jour mémorable. Nous sommes heureux d'exprimer Notre gratitude et de vous témoigner en même temps notre satisfaction pour l'aide que le Sacré Collège Nous a largement prêté pendant ces années dans le gouvernement difficile de l'Église.

Certainement le retour de ce jour remplit Notre cœur de la plus humble reconnaissance à l'égard du Prince des Pasteurs qui a daigné Nous soutenir déjà pendant cinq ans sur le siège vénérable de ses Vicaires. Mais, en même temps, Nous ne pouvons Nous abstenir d'un sentiment de profonde crainte, en considérant le poids énorme imposé à Notre faiblesse, et rendu encore plus lourd par les difficultés du temps présent, où l'œuvre de l'Église, comme vous l'observez vous-même, M. le Cardinal, est attaquée par de cruels ennemis, et où le Pontife Romain voit chaque jour se multiplier les obstacles dans l'exercice du ministère apostolique.

Désirant, en effet, faire jouir Vous, Nos Fils, des fruits de la paix religieuse, Nous Nous sommes efforcé de la rétablir là où elle était troublée. Mais aussitôt, ici et ailleurs, ces ennemis, poussés par un haine implacable et presque réunis en conjuration, cherchent, par mille artifices, de contrarier nos desseins et d'en empêcher la réussite, et, ne pouvant y parvenir, ils en dénaturent par d'indignes insinuations le but et le caractère.

Et cependant, Notre action, qui regarde directement les intérêts religieux des peuples, la propagation du règne de Jésus-Christ sur la terre, le bien des âmes, est dans l'essence même de la mission divine de l'Église, et dans les limites du pouvoir spirituel du Souverain-Pontife.

Fidèle aux serments solennels que Nous avons prêtés, Nous Nous efforçons, comme ont toujours fait Nos Prédécesseurs, de soutenir les intérêts sacrés de l'Église et de réclamer aussi les droits temporels du Siège Apostolique, indignement violés. Et aussitôt, voilà que Nos paroles sont de tout côté raillées et tournées en ridicule, comme des plaintes et des lamentations vaines; et Nous Nous voyons plus cruellement exposé aux injures les plus basses et aux accusations les plus calomnieuses. Cependant ces légitimes revendications Nous sont uniquement inspirées par le très grave devoir qui incombe au Pontife Romain de sauvegarder d'une manière qui ne soit pas illusoire l'indépendance du Saint Siège et la liberté du Pouvoir suprême de l'Église.

Si Nous réclamons aussi pour qu'on écarte les injustes obstacles qui s'opposent à la prompte installation des nouveaux Évêques sur leurs sièges, on interprète Nos réclamations de la plus sinistre manière ; on ose même crier à l'usurpation, comme si Nous pouvions connaître pour légitimes de nouvelles prétentions destituées de tout solide fondement juridique.

Voilà à quelle extrémité Nous sommes contraint de voir réduite, dans son centre même, Notre autorité et la dignité du Siège Apostolique.

En atttendant, l'Eglise, soutenue par la certitude que la haine et les perécutions auxquelles elle est en butte sont la preuve infaillible de sa divine origine, ne mesure pas d'après les ingratitudes humaines l'étendue de sa charité ; mais, formée aux enseignements de son céleste Fondateur, elle ne se lasse pas de répandre amplement ses bienfaits sur ceux-là mêmes qui lui sont contraires et qui la combattent.

Pendant que la lutte dirigée contre elle devient de plus en plus violente, on voit l'Église en Italie, aussi bien que dans les autres pays d'Europe et partout, s'efforcer par la parole et par les œuvres de ses Pasteurs et des ministres sacrés, de porter remède aux maux très graves qui affligent le monde, en moralisant les peuples, en réprimant les passions, en favorisant la saine instruction et l'éducation chrétienne de la jeunesse. C'est assurément à

cette influence bienfaisante, plutôt qu'à la force matérielle et à d'autres moyens de répression, que l'on est redevable de ce que, à une époque de tant d'aberration des esprits, de tant de dépravation des cœurs, de tant de déchaînement des appétits pervers, la société humaine n'est pas précipitée dans la dernière ruine.

Certes le Siège Apostolique, bien que circonvenu par d'immenses difficultés, n'a épargné et n'épargne rien pour que cette vertu providentielle se répande en abondance et dans toute sa force pour le salut du monde. Quant à Nous, plein de confiance dans le secours divin et persuadé que de l'Église seulement peut dériver le salut et la vie pour la société malade, Nous ne désirons rien si ardemment, Nous ne recherchons rien avec plus de sollicitude que de voir cet esprit vivificateur en pénétrer tous les membres et les guérir.

Dans cette tâche si difficile, Nous aurons, pour Nous soutenir, comme par le passé, la coopération de tout le Sacré Collège, que Nous sommes très heureux de voir aujourd'hui réuni autour de Nous, et auquel, ainsi qu'à tous ceux qui sont ici présents, Nous accordons du fond du cœur la Bénédiction Apostolique, comme un gage de Notre très spéciale affection.

---

# INDULT DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

## INDULGENCE DE 300 JOURS ACCORDÉE A TOUS LES ENFANTS ET JEUNES GENS FAISANT LEURS ÉTUDES LITTÉRAIRES QUI RÉCITENT LA PRIÈRE SUIVANTE.

BEATISSIME PATER,

Franciscus Cassidii S. J. Rector Collegii Beaumont (Windsor) in Anglia ad pedes S. V. provolutus, pro sequenti oratione, quæ omnibus pueris et juvenibus, litteris operam daturis, recitanda proponetur, aliquam Indulgentiam humillime petit.

Et Deus etc.

*Consecratio studiorum in honorem Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.*

Sub patrocinio tuo, Mater dilectissima et invocato Immaculatæ Conceptionis Tuæ mysterio, studia mea laboresque litterarios prosequi volo : quibus me protestor, hunc maxime ob finem incumbere, ut melius divino honori Tuoque cultui propagando inserviam.

Oro te igitur, Mater amantissima, Sedes Sapientiæ, ut laboribus meis benigne faveas : ego vero, quod justum est, pie libenterque promitto, quidquid boni mihi inde successerit, id me Tuæ apud Deum intercessioni, totum acceptum relaturum. Amen.

Sanctissimus Dominus N. Leo Papa XIII, in Audientia habita die 18 novembris 1882 ab infrascripto Secretario Sacræ Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, omnibus pueris et juvenibus, litteris operam daturis, orationem, uti supra

propositam, corde saltem contrito ac devote recitantibus, Indulgentiam tercentum dierum semel in die lucrandam benigne concessit. Præsenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 18 novembris 1882.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEFANO, PRÆF.
FR. DELLA VOLPE, *Secretarius*.

# CONFÉRENCES ROMAINES.

## QUÆSTIONES MORALES EX TRACTATIBUS DE PECCATIS IN GENERE, ET DE VIRTUTIBUS,

*De quibus deliberabitur in conventibus, quos, auspice viro Emo Raphaele Monaco la Valletta, S. R. E. presbytero Cardinali, Sublacensi Abbate Commendatario, et Sanctissimi D. N. PP. Leonis XIII Vicario generali, Romæ ad S. Apollinaris habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli Apostoli, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt, a mense Novembri Anni* 1882 *ad Septembrem* 1883.

### MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

### I.

*Die* 27 *Novembris* 1882.

Mævia suæ filiæ matrimonio consensum dare recusat, eo quod sponsus, male de religione sentiens, non nisi coram civili magistratu nuptias inire protestatur. Cum vero filiam uterum gerere, et fugam cum amasio arrepturam suspicaretur, optatum consensum præbet. Innumeræ deinde imprecationes in filiam, et cum putet quamdam amicam ejus amorem fovisse, talia de ea profert, quæ inter ipsam et virum gravium discordiarum causa fuerunt. Nihilominus de iis omnibus in confessione peragenda silet. At aliquando cum pleniorem peregerit ex interrogationibus a confessario acceptis, omnia pandit. Objurgata cur antea siluerit, re-

spondet, non peccasse graviter sibi videri. Etenim relate ad consensum pro matrimonio civili, ex metu, ne pejora evenirent, coacte dedit. Quoad imprecationes, minus advertenter ex habitu, quo ad imprecandum ferebatur; et quoad dicteria contra amicam, inconsiderate egisse fatetur. Præterea addit jam plenam conjugum reconciliationem suo studio obtinuisse. Confessarius his auditis, ut exacte Mæviæ respondeat, secum quærit :

1. *Quid requiritur ad mortale peccatum constituendum ?*

2. *An defectus actualis advertentiæ a peccato mortali excuset etiam in habituatis, vel in iis ejus præsentia peccata multiplicet ?*

3. *Quid de Mævia judicandum, et præsertim de obligatione confitendi admissam obmurmurationem post obtentam discordiarum reparationem ?*

## II.

*Die* 11 *Decemb.* 1882.

Titius in confessione peragenda inter cetera de Missæ audiendæ omissione, de filiorum institutionis negligentia, de eleemosynæ in publicis calamitatibus pro fratribus infortunio pressis concedendæ recusatione se accusat. Inquirens confessarius causas cur tam graves obligationes omiserit, id provenire novit ex eo quod Titius tum venationi, tum ludis, in quibus pecuniæ jacturam facit, tum in sermonibus interserendis de re politica nimis indulget ; adeo ut tempus et pecunia pro familia aliisque operibus deficiat. Id non denegat Titius, sed addit sæpe diebus festis invitatus ab amicis per unam vel alteram horam joco indulgere proposuisse, sed ad pecuniam deperditam, spe melioris fortunæ recuperandam, moras trahere coactum esse, ut cum finis ludo impositus fuerit, ad Missam audiendam tempus defecerit. Cum vero de hisce causis nunquam se accusasse Titium confessarius animadverteret, eum semper errasse declarat : addens hæc potius esse manifestanda quam missæ, et curæ familiæ omissionem, quia ut distincta peccata habenda sunt. Sed paulo post recolens utrum recte locutus fuerit, secum quærit :

1. *Quænam requirantur ad peccatum omissionis constituendum ?*

2. *Utrum actus in omissionem influentes totidem sint peccata distincta in confessione aperienda ?*

3. *Quid Titio præscribendum ?*

III.

*Die* 8 *Januarii* 1883.

Titius cum suo fratre commorans, concupiscentia illectus, ejus formosissimæ uxoris præsentia, et colloquiis sæpe delectatur. In eam etiam tactus minus honestos exercet, ita tamen ut pravum desiderium, si quod ea abutendi in suo animo excitatur, illico compescat, ne injuria fratrem afficiat. Percurrens autem civitatis semitas, si quæ obviam mulier ei venit monastico habitu induta, animo ita commovetur ut pravis desideriis in eamdem feratur. Tandem meretricum domos crebro accedens, modo una, modo altera ad libidinem explendam utitur.Cum vero inter eas quamdam esse hebræam cognoverit, libentius cum ea rem habet, Ecclesiæ leges irridens, quæ eas tamquam captivas habendas esse jubent. Paschalem confessionem peragens, hæc omnia confessario enarrat, qui ut statuat quot peccata specie distincta iis admiserit, secum quærit :

1. *Quomodo peccata distinguuntur specie ?*

2. *Utrum in delectatione morosa, vel desidero, species ex objecti qualitate multiplicetur ?*

3. *Quid de numero peccatorum Titii specie inspecta ?*

IV.

*Die* 22 *Januarii* 1883.

Titius corruptus moribus in Deum et SS. Virginem sæpe blasphemat. A suo hero, cui ut artifex murarius inservit, admonitus dimissum iri nisi se corrigat, ita monitum aspernatur, ut etiam in plures sanctos, expresso singulorum nomine, convicia et maledicta evomat. Præsentiens vero in eo esse ut ab officio de-

pelleretur, tanta in eum et quemdam socium, quem delatorem et instigatorem existimat, ira exardescit, ut plurima mala utrique adprecetur. Nec satis : ad vindictam de socio sumpturus secum animo meditans, cum ille supra trabem insideret ex industria facit ut labatur, neque a proposito abstinet, licet prævideat alios artifices, qui subter essent, graviter offendi posse : quod malo fato accidit, cum duo ex eis graviter vulnerati extiterint. Dimissus tandem ab officio, ad vindictam explendam in herum, plurima turpia et falsa in vulgus spargit in eumdem, ejusque familiam, quæ quinque filiis constabat; quorum duo honestæ fœminæ erant, quæ ex ejus dicteriis non levi animi mœrore affectæ sunt. At post aliquod tempus in se reversus, omnia cuidam confessario pandit, qui putans sui muneris esse singula peccata Titii enumerare, secum quærit :

1. *Utrum peccata distinguantur numero quoad objecta?*

2. *Quid significat expressio, qua passim theologi utuntur,* objectum totale ?

3. *Quid de numero peccatorum Titii hoc sub respectu?*

## V.

*Die* 12 *Februarii* 1883.

Recitatur Oratio de laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi Patronum adlegit.

## VI.

*Die* 26 *Februarii* 1883.

Titius valde dolens super tot tantisque malis quibus Ecclesia premitur opera sceleratorum virorum qui novis inventis ordinibus Rom. Pontificis principatum, ipsamque civilem societatem subvertere moliuntur, exitium, mortemque non raro eis exoptat, ut innumeris malis finis imponatur. Præterea de cladibus, si quæ illis quandoque in militaribus præsertim expeditionibus inferuntur, vehementer gaudet, et militum, qui accepto vulnere ex bello

redeunt ad industriam impares, non miseretur ; imo de morbo quo suus filius graviter corripitur sibi gratulatur, spe fretus optimam occasionem fore, ne militiæ adscribatur. Accedit, quod si respublica in pejus vertitur, secum solatur; ratus nihil violentum duraturum, extremisque malis extrema esse remedia adhibenda. Nihilominus, pacato aliquando animo, de hisce delectationibus scrupulos habet, easque confessario pandit. Hic : apage, exclamat, peccata neutiquam hæc sunt ! Eorum profecto exitium necessarium est. Ipsa Ecclesia psalmos recitandos exhibet divina inspiratione conscriptos, in quibus contra inimicos domus Dei omnia mala adprecantur. Hinc sacramentali absolutione concessa, Titium dimittit. At non obstantibus hujusmodi confessarii exclamationibus, et doctrina, Titius easdem, ut antea, expertus delectationes, in nova confessione alteri enarrat. Hic e contra Titium exprobrat, docetque non modo illis male precari illicitum esse, sed potius de eorum malo, atque exitio christiano homini dolendum esse. Tam autem emollitis verbis hæc insinuat, ut Titius in suspicionem adducitur, ne forte confessarius cum nefariis illis conveniat. Itaque totam rem clarissimo theologo exponit, qui, ut eum veritatem doceat, secum quærit :

1. *An, et quando delectatio sit peccatum ?*

2. *An unquam liceat delectatio de malo proximi ad bonum finem ?*

3. *An vere, et quomodo peccaverit, et quid de confessariorum agendi ratione sentiendum ?*

## VII.

*Die* 12 *Martii* 1883.

Titius clericus romanus votum castitatis emittit, ad eamque facilius servandam, alterum de jejunio quolibet die sabato peragendo vovet. Postea sacros ordines petit, et canonicatum obtinet. Verum die quadam, et præcise in pervigilio festi B. Mariæ Virginis Purificationis, quod eo anno in die sabati inciderat, cujusdam fœminæ lenociniis deceptus grave peccatum contra castitatem patrat. Hinc tantis illecebris distractus animo, per illam diem neque je-

junium servat, neque officium recitat. Insequenti die ad proprium confessarium accedit, et omnia aperit. Hic vero ut magis magisque Titius doleat, declarat triplex peccatum in fornicatione admisisse, contra castitatem, contra votum, contra ecclesiasticam legem de cœlibatu clericorum : duplex in omissione recitationis officii ; contra religionem ut diaconum, contra justitiam ut canonicum : triplex denique ob esum carnium ; primum, quia eas ederat die sabati; secundum, quia egerat contra votum quo illa die romani tenentur; tertium, contra particulare votum a se emissum. Quare Titius amare flevit, sed dubitans utrum tot peccata admiserit, a viro theologo quærit :

1. *Utrum peccata specie distinguantur ?*

2. *Quomodo cognoscatur quandonam leges circa eamdem materiam sint ad diversos fines ?*

3. *Quot revera peccata specie distincta in casu habeantur ?*

## VIII.

*Die* 2 *Aprilis* 1883.

Titius hæreditatem se adepturum ab avunculo jam senio confecto non exiguam spem fovebat. Hinc mille nummos quos eidem debebat haud dare statuerat, cum id inutile sibi videretur ex eo quod illam pecuniæ copiam in hæreditatem brevi obtenturus esset. Eum tamen spes fefellit. Nam ille moriens alium hæredem constituit. Quare Titius contra eum tum invidia quadam, tum eo quod suspicaretur arte et industria ipsum avunculum ad mutandam voluntatem induxisse, illam pecuniam non amplius restituere statuit. Anno integro hoc in proposito persistit, licet sæpe eo tempore solvendo par sit. Præterea quoties sibi obviam hæres occurrit, vel ipse de eo secum cogitat, toties ex illo odio, quo in eum afficitur, mala ei intimis sensibus adprecatur. Sed tandem sacramentalem confessionem peragens, malum propositum immutat, et ad restitutionem faciendam paratum se ostendit, et quot peccata admiserit postulat. Proinde confessarius secum recolit :

1. *Unde oriatur internorum peccatorum interruptio et distinctio ?*

2. *Qua regula hujusmodi peccata quoad numerum determinari possunt, si singulæ interruptiones agnosci nequeant ?*

3. *Quid Titio suggerendum ?*

## IX.

*Die* 16 *Aprilis* 1883.

Mævia, ad sumptuosiores vestes sibi ad libitum comparandas, modo decem, modo viginti libellas viro suo capta occasione surripit, quin tamen per hæc furta magnam pecuniæ vim furari intendat. Cum vero ad hujusmodi furta non facile opportunitas daretur, satius ducit sibi clavem comparare, qua apertis scriniis, in quibus viri pecunia servatur, quotidie aliquantulum surripere possit. Hinc clavem cuidam fabro perficiendam committit : una vel altera vice ad eam experiendam dat operam, sed frustra : sed tandem voti compos facta, quamdam non gravem quidem pecuniam surripit. Verum cum objurgata fuerit a viro, qui rem agnovit, putans id factum esse ex delatione viri sororis, tanto in eam odio exardescit, ut eamdem occidere constituat. Hinc inter jurgia, ex industria excitata, sæpe eam repetitis ictibus percutit, spe, cum eadem infirmæ valetudinis sit, quod saltem ex mœrore moriatur. Sed frustra. Proinde venenum ei propinat, quod lento processu suum effectum sortiatur : scilicet exigua quantitate, sed pluries suppeditat. Aliquod tempus post facti pœnitens, ad confessarium accedit. Hic secum quærit :

1. *Quomodo actus externi quibus lex violatur sint interrupti ?*

2. *Utrum inter se numero peccata distincta constituant ?*

3. *Quid de numero peccatorum Mæviæ sentiendum ?*

## X.

*Die* 30 *Aprilis* 1883.

Titius sacerdos, ab Episcopo admonetur, ne vespertinis horis domum ventitet in quam quidam conveniunt, qui falso libertatis

nomine decepti ea sentiunt, quæ societatem, et præsertim Ecclesiæ jura subvertunt. At facile se excusat quod res innocua sit. Etenim, ait, eorum sermones vel sunt indifferentes, vel si aliquando minus recti facile comprimuntur. Nihilominus Episcopus jubet domum esse relinquendam. Sed Titius, ratus præceptum sub gravi non urgere, licet minus frequenter, domum illam petere perseverat. Verum die quadam ad cœnam cum illis viris invitatur, et timens ne inter pocula revera in Ecclesiæ viros gravior sermo habeatur, quem non facile impediri possit, se illuc ire iterum, dubitat. Verum cum sciat suum fratrem inter illos esse adfuturum, qui ob ætatem et ingenium decipi facile posset, ut incolumem eum servet, cœnæ interesse satius duxit. Sed antequam hora adveniat totam rem cuidam amico enarrat, qui, ut rectum consilium juxta conscientiæ regulas proferat, una cum Titio quærit :

1. *Quibus de causis peccatum per se leve evadat grave ?*
2. *Quando peccandi periculum probabile dici potest?*
3. *Quid de agendi ratione Titii, quid ei suggerendum ?*

## XI.

*Die* 21 *Maji* 1883.

Titius eruditissimus vir, morti proximus, sponte apud parochum confessionem peragens interrogatus, utrum unquam aliquid contra fidem catholicam senserit, se omnia ex corde tenere respondet, quæ Ecclesia suis definitionibus credenda proponit. Etiam ne illa, ait parochus, quæ in Syllabo continentur, quæque circa Romani Pontificis civilem dominationem, utpote ei necessariam, atque utilem ipse Pontifex asserit ? At infirmus non omnibus sententiis in eo contentis se adhærere in genere fatetur : plura enim inter ea principiis liberioris et sanæ philosophiæ contradicunt. Civilem etiam Romani Pontificis principatum se non agnoscere : de ejusdem autem utilitate vel damno quæstionem non esse definitam. Hæret parochus ; attamen hac super re disputationem inire vellet, sed cum non facile ei a se persuasum iri prævideat, simulque eumdem bonæ fidei esse noscens, satius duxit abstinere. At ab eo

sciscitatur utrum denegaturus esset si, tandem Ecclesia formali judicio ea confirmaret. Esto, respondet ægrotus ; verum id fieri posse plane denego. His auditis, parochus sermonem cohibet, quin tamen eum hortari omittat, ut a Deo lumen quærat : quod ille se facturum promittit. Cum vero in ceteris rite dispositum eum habeat, sacramentaliter absolvit. At antequam eidem S. Eucharistiam deferat, dubius de sua agendi ratione una simul cum amico quærit :

1. *Quænam sit fidei theologicæ objectum ?*

2. *Utrum Titius uti hæreticus, vel sacramentis indignus haberi debeat ?*

3. *Quid de Parochi prudentia, sive in eo interrogando, sive absolvendo ?*

## XII.

*Die 4 Junii* 1883.

Cum impii viri in catholicos et præsertim in sacerdotes injusta, et noxia committant, Titius sacerdos, si noctu per urbem deambulare sibi contingat, laicales induit vestes. Sed forte accidit, ut nonnulli illius furfuris viri, eo viso, præsbiterum esse suspicantur. Quapropter in Christum ejusque religionem blasphemias evomentes in eum irruunt sciscitantes sit ne sacerdos vel religiosus. Ipse utrumque denegat ; et adhuc instantibus utrum sit catholicus, et papista, respondet, se Evangelium profiteri, haud vero se esse, ut vulgo dicitur *caccialepre*, factoque impetu fugam arripit. Post hæc domi manere statuit, sed ob gravissimum negotium noctu ei egrediendum domo necesse est. Hinc majori diligentia cavet ne detegatur : vestibus quibus induitur et præsertim pileo, signa apponit, quibus sectarii ad distinguendos uti solent. Nihilominus juxta prævisa accidit. Itaque interrogatus esset ne catholicus, se optimum reipublicæ civem respondet : at simul hæc tali pronuntiatione profert, ea nempe pronuntiandi ratione qua Romæ hebræi ex vulgo loquuntur. Unus ex persecutoribus

sociis dixit : relinquamus eum : hebræus est. Postea de suo casu cum suis sociis ridet ; verum isti secum quærunt :

1. *An et quando sit obligatio exterius profitendæ fidei ?*

2. *An Titius obligatus fuerit ad fatendum se esse catholicum, ita ut cetera potuerit negare, vel dissimulare ?*

3. *Utrum et quæ signa ad sese occultandum catholicus evitare debet ?*

## XIII.

*Die* 18 *Junii* 1883.

Titius, artis musicæ magister, Cajo e protestantium secta domum qua inhabitat ex parte locat. Hac de causa cum eo, qui licet acatholicus sit, tamen honestus sibi videtur, amicitiam contrahit. Itaque quoties a Cajo invitatur secum deambulatum, ire non recusat : imo eum ad ecclesiam suæ sectæ comitatur : curiositatis autem gratia in illam sæpe ingreditur, et cæremoniis quæ ibi peraguntur adstat, nec non concionibus semel aut iterum audit. Præterea amici precibus victus organum pulsat, quod etiam acatholici modo ad cantus adhibent, et eorum ritus comitatur. Paulo post cum Cajus in gravem morbum incidisset, a Titio petit ut ad se suæ religionis ministrum adducat. Is contra ad proprium parrochum accedit, ab eoque accipit nefas esse illum accersire. Domum reversus ministrum ab alio advocatum ingredientem miratur, illum tamen depellere non audet. Paulo post Cajus moritur, isque ad ejus funus invitatus inter magnam amicorum catervam cadaver ad sepulcrum comitatur, ejusque depositioni adest. Hujusmodi vero extremo erga amicos officio quandoque Titius fungitur, etiam erga catholicos qui, Ecclesiæ omisso ritu omnique religionis signo rejecto, comitantibus sive artificum sive politicorum societatibus, civiliter, ut dicunt, ad sepulcrum deducuntur. In confessione paschalis temporis hæc omnia Confessario enarrat, qui secum quærit :

1. *Quænam communicatio cum schismaticis et hæreticis sit catholicis interdicta ?*

2. *Quid de singulis in casu sentiendum ?*

3. *Quid de catholicorum funeribus Ecclesiæ ritu rejecto ?*

## XIV.

*Die* 9 *Julii* 1883.

Titius in excipiendis confessionibus singulis diebus assiduus in quosdam incidit pœnitentes, qui ob communionem, qua christiani cum hebræis iisdem domibus vivunt, nimis familiariter eis utuntur. Nempe dives mercator duos habet famulos hebræos, qui una cum aliis christianis in eadem domo commorantur. Idem a judæis mercatoribus ad convivia invitatus azyma manducat, et si in morbum incidit, medicum judæum accersit, et a pharmacopola hebræo medicinas sibi petit. Præterea quædam fœmina christiana judæorum filium in sua propria domo lactat : filiam autem suam scholæ, cui mulier hebræa ut magistra præest, frequentare sinit. Simili insuper modo vir christianus judæo ditissimo, tum in expediendis negotiis, tum in re familiari magno cum lucro inservit. Tandem occasione matrimonii puellæ hebrææ litterarum studio notissimæ, plures, inter quos sacerdotes, ad eam invisendam se conferunt, et nuptiali festivitati inter dulciaria adsistunt. Hæc omnia commovent Titium, qui ab amico quærit :

1. *Quibus in casibus communicatio fidelium cum infidelibus vetita sit ?*

2. *Quid de singulis in casu sentiendum ?*

3. *Quid pœnitentibus, ut in casu, sit præscribendum, quid consulendum ?*

## XV.

*Die* 30 *Julii* 1883.

Titius in tanta rerum perturbatione, ex quo innumeris malis Ecclesia undique premitur, religionis zelo succensus, nullum non admovet lapidem ut miserentis Dei clementia ad remedium affli-

ctis rebus adhibendum moveatur. Quamobrem orationibus, jejuniis, et sacramentorum frequentiæ operam navat ; ex quo fit, ut cuilibet societati, quæ inter catholicos instituitur, ut malis præsertim moralibus, collatis viribus, medeatur sese adscribit. Is præterea ad impedienda infortunia quæ sibi imminent, etiam atque etiam Deum adprecatur. Verum tamen cum omnia frustra moliri, atque Ecclesiæ, suamque rem in pejus labi cognoscat ; dum e contra persecutoribus omnia prospera cedunt, despondenti animo, ita secum ratiocinatur. Deus equidem suam Ecclesiam destrui non sinet, ita ut, tempore probationis expleto, victoriam luculentissimam sit ei daturus ; manent enim verba : portæ inferi non prævalebunt. Attamen non mihi videtur, ut nostris exoratus precibus probationis diebus finem allaturus sit : ergo ejus voluntas fiat. Tanto autem cordis mœrore premitur, ut ex hac animi dejectione omnia pia opera extraordinaria omittat. Cum igitur piorum virorum societates non amplius, ut antea, frequentet, in gravem peccandi occasionem incidit.Timet sane Dei offensam, sed in spem erectus, quod ipse bonus eam sibi condonaturus sit, liberrime peccat. Postea se piget id admisisse, præsertim propter ruborem quem necessario in confessione peragenda pati debet. Quare moras trahit ; sed interim eamdem tentationem expertus, ei tandem indulget, ex quo idem erit rubor vincendus, confessarius sive per unam sive per alteram vicem admissum a se facinus cognoscat. In confessione vero peragenda hosce animi sui sensus ingenue aperit. Hinc Confessarius secum quærit :

1. *Quod sit objectum spei theologicæ ?*
2. *Quomodo contra spem peccari possit ?*
3. *An et quoties Titius in spem peccaverit ?*

## XVI.

*Die* 13 *Augusti* 1883.

Titius libris cujuscumque generis legendis operam dare solitus, postremis vitæ suæ annis totus hæret in asceticorum operibus pervolvendis. Interim accidit ut ad mortem ægrotet. Parrochus

accitur, eumque hortatur, ad sacramenta suscipienda, seque per theologicarum virtutum actus pie ad mortem disponendum. Ægrotans, inter suspiria et lacrymas, se frustra hæc omnia facturum respondet, cum non posset adeo Deum amare quemadmodum theologi docent : ut scilicet toto corde debeat homo in Deum se ferre, ejus tantummodo bonitate inspecta, secluso omni mercedis intuitu et consideratione. Itaque subjungit se duobus abhinc annis a sacramentis abstinuisse, neque ullum amoris actum edidisse ; sed eo tantum contentum fuisse, ut missam devote audiret, et aliquas preces quotidie funderet ad auxilium pro mandatis exequendis implorandum. Nunc vero desperare se posse, ut christianum hominem decet, amoris in Deum actum elicere, prorsus spem omnem salutis æternæ adipiscendæ abjecisse. His auditis, parochus eum una cum suis theologis errare, et doctrinam sequi periculosam damnatamque exclamat. Titium deinde solatur, quod illis religionis actibus, quos enarraverat, præcepto caritatis in Deum satisfecisse sibi videatur. Ad hanc doctrinam declarandam, et confirmandam plura addit, quibus infirmus quiescere apparet. Sed paullo post cuidam sacerdoti, qui ad eum invisendum venerat, doctrinam a parrocho acceptam exponit. Hic, qui theologum præ parrocho se esse gloriatur, secum quærit :

1. *In quonam sit reponenda caritatis erga Deum essentia, ut virtus theologica ?*

2. *Quando ejus præceptum vigeat, et quomodo ei satisfiat ?*

3. *Quid in specie de doctrina, et agendi ratione parochi statuendum in casu ?*

## XVII.

*Die* 27 *Augusti* 1883.

Titius, qui inter ditissimos urbis viros adnumeratur, ex statui superfluo magnas divitias quotannis congerit, quin tamen eas in pauperum eleemosynas elargiatur. Publice enim vel ostiatim mendicantibus numquam stipem præbet ; quia deceptores eos habet ; itemque religiosis, quia otiosi sibi videntur ; neque alicui

(2) *Ibid.*, n. 238.

(3) *De impedimentis et dispensationibus matrimonialiabus*, n. 572.

(4) On lit dans certains induits . « Dispensandi, ut licite possint matrimonium contrahere.... et si jam contractum fuerit, in eodem licite manere, præscripta tamen conditione de utriusque sexus prole catholice educanda, et omnino curando, ut periculum perversionis a parte catholica amoveatur, quæ omni studio acatholicæ partis conversionem curare debet. »

(5) Nous l'empruntons à la nouvelle édition que le R. P. Konings vient de donner de son excellent ouvrage : *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, 5ª edit., tom. II, pag. 425, not. 39.

litteris Amplitudinis tuæ, quibus Emo Card. Præfecto S. Congregationis de Propaganda Fide referebas, Te in quadam ad Clerum tuum Instructione omnibus presbyteris curam animarum exercentibus præscripsisse, ne conjuges, qui de suo matrimonio mixto clandestine inito dolentes et pœnitentes reconciliari Deo desiderant, monere omittant de necessitate obtinendi ab Episcopo dispensationem, ut matrimonio suo, valide quidem sed illicite contracto, in posterum uti licite valeant ; hanc vero præscriptionem nonnullis Missionariis occasionem dedisse dubitandi utrum hujusmodi obligatio a Te imponi potuerit : re diligenter et mature perpensa, Instructionem ita declarandam a Te esse censuerunt, nempe : Oportere ut a præfatis conjugibus Ecclesiæ cujus sanctissima lex violata est, satisfiat, eidemque cautiones de periculo salutis æternæ a se et a sua prole amovendo in *foro etiam externo* præstentur ; atque hoc fine recursum ad Episcopum postulari.

Hæc dum Amplitudini Tuæ significo, impensos animi mei sensus eidem testatos volo, cui fausta omnia a Domino precor.

Amplitudini Tuæ addictissimus uti Frater,
P. CARD. CATARINI.

Romæ, 12 Martii 1881.

## II.

### LE CURÉ NE PEUT, EN RÈGLE GÉNÉRALE, SE TAIRE, S'IL A LIEU DE CROIRE QUE LES ÉPOUX (DANS UN MARIAGE MIXTE) SE PRÉSENTERONT AU MINISTRE HÉRÉTIQUE.

Quæsit. Indulta ut plurimum sequentem clausulam expresse ferunt : « dummodo neque ante neque post matrimonium initum coram parocho catholico sponsi adeant ministrum acatholicum ; » in quibusdam tamen, et insuper in rescriptis ad casum particularem concessis solum dicitur : « dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, ac servatis servandis in

similibus.— Quæritur an in casibus quibusdam, ex timore majoris mali imminentis, scilicet contractus coram solo ministro acatholico ineundi, possit Episcopus, vel, dispensatione jam concessa, parochus, non quidem permittere, sed prudenter dissimulare, si suspicetur aut sciat partes adituras esse ministrum acatholicum, nec ab eo proposito removeri posse? Supponitur aliunde cautum omnino esse conditionibus aliis quæ ex instructione diei 15 Novembris 1858 dispensari nunquam possunt, et quas præsertim ratas firmasque mansuras esse singula indulta commemorant.

Resp. « Detur decretum fer. IV, die 17 februarii 1864, nempe : — Matura consideratione perpensis adjunctis omnibus a Te ad S. Congregationem de Propaganda Fide delatis super mixtis connubiis, quæ coram ministro hæretico celebrantur, sive ante sive postquam contracta fuerint coram parocho catholico, supra hæc S. Congregatio S. I., cujus examini res de more subjecta fuit, meritis profecto laudibus prosecuta est Instructionem a Te die 17 Maii 1859 parochis istius diœcesis Osnabrugensis datam. Optandum quidem esset, ut quæ in hac Instructione continentur, executioni quoque tradi adamussim possint in Dania et in missionibus Germaniæ Septentrionalis Tibi concreditis. Ad eas tamen removendas anxietates, quibus permotus tolerari postulas, ut in illis regionibus parochi et missionarii sileant super usu matrimonium mixtum contrahendi tum coram parocho catholico, tum etiam coram ministro hæretico, Sacer Ordo hæc quæ sequuntur Tibi censuit rescribenda. Equidem non latet quibusdam in locis ministrum hæreticum agere personam magistratus mere civilis, coram quo se sistere solent conjuges, aut etiam debent, ob finem politicum, nempe ut habeantur civiliter honesti conjuges, prolesque censeantur legitimæ. Tum vero, urgentibus hæreticis aut lege civili imperante, non improbatur quod pars catholica una cum hæretica se sistat ante vel post contractum ad formam Tridentini matrimonium etiam coram ministro hæresi addicto ad actum civilem dumtaxat implendum. Etenim ad dubium olim sic expressum : « Utrum catholicus coram proprio parocho catholico cum hæretica contrahens, licite possit, urgentibus hæreticis, matrimonium ratificare coram ministro hæretico, si nulla hinc ritus hæretici pro-

fessio habeatur aut colligatur, et quidquid minister hæreticus in casu agit, civilis dumtaxat et politica gratulatio sit et censeatur? » per hanc S. Congregationem responsum fuit : Affirmative.

Verum enim vero quoties minister hæreticus censeatur veluti sacris addictus, et veluti parochi munere fungens, non licet catholicæ parti una cum hæretica matrimonialem consensum coram tali ministello præstare, eo quia adhiberetur ad quamdam religiosam cæremoniam complendam, pars catholica ritui hæretico se consociaretur, unde oriretur quædam implicita hæresi adhæsio, ac proinde illicita omnino haberetur cum hæreticis in divinis communicatio. Eapropter etsi perniciosa hæc consuetudo inoleverit, ita ut a clero de facili corrigi non possit, nihilo tamen secius omni adhibito studio ac zelo evellenda erit. Et sane Benedictus XIV aperte docet non licere contrahentibus se sistere coram ministro hæretico, quatenus assistat ut minister addictus sacris, et contrahentes peccare mortaliter, et esse monendos. Opportune itaque a Te instructi et commoniti parochi ac missionarii edoceant fideles, qua publicis in ecclesiis catechesibus, qua in privatis instructionibus, circa constantem Ecclesiæ doctrinam et praxim, ita ut salubriter a mixtis contrahendis nuptiis quoad fieri possit avertantur, sin autem, abhorreant prorsus a celebrando matrimonio coram hæretico ministro sacris addicto, id quod omnimodo illicitum et sacrilegum est. Ita responsum fuit Ordinario Trevirensi sub fer. IV die 27 Aprilis 1847. — Sciant insuper parochi si interrogentur a contrahentibus, vel si certe noverint eos adituros ministrum hæreticum sacris addictum ad consensum matrimonialem præstandum, se silere non posse, ac monere eosdem debere sponsos de gravissimo peccato quod patrant, et de censuris, in quas incurrunt. Verumtamen ad gravia præcavenda mala, si in aliquo peculiari casu parochus non fuerit interpellatus a sponsis an liceat necne adire ministrum hæreticum, prævideat tamen eos forsan adituros ad matrimonialem renovandum consensum, ac insuper ex adjunctis in casu concurrentibus prævideat monitionem certo non fore profuturam, imo nocituram, indeque peccatum materiale in formalem culpam vertendum, tum sileat, remoto tamen scandalo, et dummodo aliæ ab Ecclesia

requisitæ conditiones atque cautiones rite positæ sint, præsertim de libero religionis exercitio parti catholicæ concedendo, nec non de universa prole in religione catholica educanda. Quod si tandem consensus coram parocho velit renovari, postquam præstitus jam fuerit coram ministro hæretico, idque publice notum sit, vel ab ipsis sponsis parocho notificetur; parochus huic matrimonio non intererit, nisi, servatis uti supponitur cæteroquin servandis, pars catholica facti pœnitens, præviis salutaribus pœnitentiis, absolutionem a contractis censuris rite prius obtinuerit. Sacra igitur Congregatio plurimum in Domino confidit, Te præmissis prudenter ac firmiter inhærentem effecturum ut inviolabilis doctrinæ sartum tectum servetur depositum, catholicorum mores fidei respondeant, damna apprehensa arceantur, et fideles doctrina et exemplo roborati incedant per semitas justitiæ. (S. Off., 27 mart. 1878).

---

# DÉCISION DE LA S. PÉNITENCERIE.

ON PEUT, POUR L'HEURE OU COMMENCE L'OBLIGATION DU JEUNE ET DE MATINES, SE CONFORMER AU TEMPS MOYEN, MAIS ON N'Y EST PAS TENU.

On distingue, en astronomie, deux sortes de temps : le *temps vrai* et le *temps moyen*. Le premier est mesuré par le mouvement journalier du soleil. Sa durée est variable, parce que la marche de la terre est inégale, le mouvement du globe s'accélérant ou se ralentissant alternativement en s'approchant ou s'éloignant du soleil. Le *temps moyen*, ou *égal*, est celui qui se mesure par la vitesse moyenne de la terre, ou par un mouvement uniforme, comme celui des horloges : il est calculé dans la supposition qu'au bout de toutes les vingt-quatre heures le soleil se retrouve exactement au méridien, où il était le jour précédent. Ce qui n'est pas, et ce qui produit l'écart entre l'heure vraie et l'heure moyenne ; écart qui varie jusque environ quinze minutes en dessus, ou en dessous [1].

Dans la vie civile, on se règle non sur l'heure vraie, mais sur l'heure moyenne ; on se compte au milieu du jour, non au moment où le soleil atteint le milieu de sa course sur notre horizon, mais celui qui est assigné par l'heure moyenne. Cette règle de la vie civile pouvait-on la transporter dans la vie ecclésiastique ?

(1) V. Bouillet, *Dictionnaire universel des sciences, des lettres et des arts*, V. *Temps*.

Les théologiens s'étaient occupés de cette question, et l'avaient résolue dans le sens affirmatif, en se basant sur la nécessité morale de suivre cette règle. « Ratio est, *dit Filliucius*, quia alioquin homines communiter non possent cognoscere horam debitam comedendi. Communiter enim homines Astronomi non sunt. Itaque computandus erit meridies juxta horologia usitata inter homines [1]. »

La plupart d'entr'eux laissaient aux fidèles pleine liberté de suivre le cadran solaire. « Qui tamen, *ajoute Filliucius*, horologium solare sequi vellet, utique etiam posset, quod per dimidiam horam, vel certe quadrantem horae celerius esse solet horologio artificiali, ad pulsum campanae [2]. »

Toutefois, quelques auteurs donnaient la préférence à l'heure solaire, comme indiquant le vrai milieu du jour. « Imo, *dit Pasqualigo*, quia ipsum (horologium solare) ostendit verum meridiem, satius est illi se conformare [3]. »

Si on le peut, doit-on suivre l'heure moyenne pour le jeûne et la récitation du Bréviaire? Un incident assez récent amena la question devant la sacrée Pénitencerie. Le Syndic de Naples avait ordonné de régler toutes les horloges de cette ville sur l'heure moyenne de Rome ; ce qui, joint à la différence des méridiens, donnait quelquefois un écart de

(1) *Morales quæstiones*, tract. XXVII, part. II, n. 68. Sont du même avis : Bossius, *Tractatus de triplici Jubilei privilegio*, sect. IV, cas. XVIII, n. 87 ; Pasqualigo, *Praxis jejunii ecclesiastici et naturalis*, Decis. 143, n. 5 ; Leander de SS. Sacramento, *Quæstiones morales theologicæ*, part. III, tract. V, disp. VI, q. 5 ; Azor, *Intitutiones morales*, part. I, lib. VII, cap. XI, q. 1°; Card Cozza, *Tractatus dogmatico-moralis de jejunio ecclesiastico*, part. III, art. V, n. 29 ; Trullench, *Expositio Decalogi*, lib. III, cap. II, dub. IV, n. 2.

(2) *Ibid.* Cf. Bossius, *ibid.*; Card. Cozza, *loc. cit.*; Trullench, *loc. cit.*

(3) *Loc. cit.*, n. 8. Cf. Leander de SS. Sacramento, *ibid.*, q. 6.

beaucoup plus d'un quart d'heure. Cette mesure engagea Son Éminence le Cardinal-Archevêque de Naples à soumettre le doute à la sacrée Pénitencerie, qui donna la liberté de suivre le temps moyen de Rome. Voici en quels termes Scavini rapporte la chose [1] :

Cum nuper Syndacus Neapolitanus præscripsisset, ut omnia Neapolitana horologia, nonnullis privatis exceptis, jugiter referrent tempus medium Romanum, contigit, ut non solum ratione temporis medii, sed etiam ratione diversi meridiani differentia interdum non leviter superet horæ quadrantem. Hinc Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus a S. Pœnitentiaria quæsivit : « His rebus consideratis, possuntne : 1° Fideles Neapoli in servando naturali jejunio aliisque Ecclesiæ obligationibus sequi horologia horas indicantia juxta tempus medium Romanum ? 2° An potius ea horologia sequi debeant, quæ verum tempus Neapolitanum signant ? »

S. Pœnitentiaria, mature perpensis expositis respondet : Ad primam partem, affirmative ; negative ad secundam. Die 18 junii 1873.

A l'endroit où cette décision est rapportée, Scavini, ou son Annotateur, s'exprime comme s'il y avait obligation de suivre la règle usitée dans la vie civile. « Notant communiter, *y est-il dit,* quod ad Matutini recitationem (sicut ad ceteras obligationes quæ habent temporis designationem) *oportet* nos conformari tempori medio etiam quod Romæ viget, si in loco invaluit, cum hodie evaserit ordinarius modus computandi horas ; secus anxietatibus et implexis calculis locus aperiretur. Adde : Ecclesia in temporis designatione eam regulam sequi solet, quæ omnia hominum negotia in singulis locis publice dirigit. »

(1) *Theologia moralis universa*, lib. II, n. 194, § *Tempus medium*, tom. II, pag. 139. Edit. Mediolan. 1874.

La sacrée Pénitencerie fut consultée sur ce point : on lui demanda s'il y avait obligation de suivre le temps moyen, ou si l'on devait, ou du moins si l'on pouvait suivre le temps vrai. Sa réponse, conforme à l'opinion la plus généralement adoptée, laisse pleine liberté de suivre l'un ou l'autre temps. La voici avec la demande :

Utrum ubi horologia adhibentur tempori medio accommodata, ipsis sit standum tum pro onere Divini Officii solvendo, tum pro jejunio naturali servando ; vel debeat quis aut saltem possit uti tempore vero ?

S. Pœnitentiaria respondit : Fideles in jejunio naturali servando et in Officio Divino recitando sequi tempus medium posse, sed non teneri. — Die 29 novembris 1882.

---

# DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES SUR LE CHANT ÉCCLÉSIASTIQUE.

## DECRETUM.

Romanorum Pontificum sollicitudo, quemadmodum in reliquis quæ ad Sacram Liturgiam pertinent, in eo etiam excelluit, quod ecclesiasticorum concentuum, maxime vero Gregoriani cantus, decori atque uniformitati semper consuluerit. Quocirca, cum juxta vota Sanctæ Tridentinæ Synodi, Pius IV Pontifex Maximus aliquot S. R. E. Cardinales reformationi liturgici cantus præfecisset, omnem hi curam adhibuere, ut cantus ejusmodi ad aptiorem simplicioremque formam reduceretur, et ita ab omnibus divinæ psalmodiæ operam dantibus recipi adoptarique facile posset. Qua in re perficienda plurimum illos juvit solers industria atque eximia peritia Magistri Joannis Petri-Aloysii Prænestini, qui, juxta recensitas prudentissimas normas, ita Romani Gradualis emendationem perfecit, ut simul proprios, ac genuinos Gregoriani cantus characteres in eo conservaret. Graduale Romanum ita emendatum atque reductum deinceps Paulus V Pontifex Maximus typis Mediceis Romæ imprimi jussit, et Apostolicis Litteris in forma Brevis approbavit. Quo ex tempore in Pontificia Capella, atque in Patriarchalibus aliisque insignioribus Urbis Ecclesiis adhiberi illud cœpit. Petri-Aloysii Prænestini aliquot discipuli cœptum ab eo opus, jubentibus Romanis Pontificibus, prosecuti erant. Ætate vero nostra cum sa. me. Pius IX Pontifex Maximus Romanam Liturgiam in omnibus fere Ecclesiis feliciter adoptatam cerneret, etiam in votis habuit quoad cantum liturgicum uniformitatem inducere. Idcirco per Sacram Rituum Congregationem peculiarem instituit Commissionem virorum ecclesiastici cantus apprime peritorum, qui sub ejusdem ductu, auspiciis et auctoritate Graduale Editionis Mediceæ Pauli V iterum evulgarent,

ceterasque partes, quæ deerant ejusdem cantus, ad normam Gradualis perficerent. Huic voluntati obsecuta Sacra Rituum Congregatio, editis per præfatam Commissionem circularibus litteris die 2 Januarii anni 1868, nomine Summi Pontificis invitavit typographos librorum liturgicorum editores tam nostrates, quam exteros, qui vellent perhonorifico atque saluberrimo huic operi, sub directione Commissionis et auspiciis Sacræ Congregationis, manus admovere. At cum illud gravissimum esse omnes agnoscerent, magnasque expensas, diligentiamque plurimam requirere, unus Eques Fridericus Pustet Ratisbonensis, Summi Pontificis atque Sacrorum Rituum Congregationis Typographus, arduo se huic operi accinxit, ac feliciter, Graduale quod attinet, illud absolvit. Perfecta itaque fuit Romani Gradualis Pauli V Editio maturo studio et cura prædictæ Commissionis, ab eaque diligenter revisa, et tamquam authentica declarata, adeo ut merito Romana, et a Sacra Congregatione concinnata dici valeat. Eam Summus Pontifex Pius IX suis Brevibus litteris datis die 3 Maii 1873, plurimum laudavit, atque ad unitatem cantus ecclesiastici inducendam Reverendissimis locorum Ordinariis, iisque omnibus, quibus Musices Sacræ cura est, magnopere commendavit : addita hortatione ipsi Editori, ut quæ adhuc edenda supererant de Gregoriano cantu volumina, quibus inchoata olim a Paulo V perficitur editio, tandem in lucem proferret. Cum itaque deinceps idem Typographus, pari studio ac diligentia, et juxta prædictas normas, eam partem edidisset Antiphonarii atque Psalterii quæ Horas diurnas complectitur, Sanctissimus Dominus Noster Leo XIII alias edidit Apostolicas Litteras in forma Brevis die 15 Novembris anni 1878, quibus Prædecessoris sui decreta confirmans, eam Editionem a Viris ecclesiastici cantus apprime peritis, ad id a Sacra Rituum Congregatione deputatis, revisam approbavit atque authenticam declaravit ; adjecta, iisdem verbis, quibus sa. me. Pius IX usus fuerat pro edito Graduali, vehementi Editionis ejusdem commendatione ad Reverendissimos Ordinarios omnesque Musices sacræ cultores, *ut sic cunctis in locis ac diœcesibus, cum in ceteris quæ ad Sacram Liturgiam perti-*

*nent, tum etiam in cantu, una eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia* [1].

Interea temporis plures ecclesiasticæ Musices cultores subtilius inquirere cœperunt, quænam esset primogenia Gregoriani cantus ratio, quæque fuerint per subsequentes ætates variæ ejusdem phases. Verumtamen plus æquo hujus investigationis limites prætergressi, ac nimio antiquitatis amore fortasse abrepti, negligere visi sunt recentes Sedis Apostolicæ ordinationes, ejusdem desideria pluries manifestata pro introducenda uniformitate Gregoriani cantus, juxta modum prudentissimo Romanæ Ecclesiæ usu comprobatum. Scilicet, posthabito hoc jam sapienter constituto tramite, adhuc sibi integrum esse putarunt contendere, ut ad eam, quam ipsi putant, primævam concentuum formam Gregorianus cantus reducatur, eo etiam sub obtentu, quod Apostolica Sedes cantum Editionis ab se nuper approbatæ authenticum quidem declaraverit, et magnopere commendaverit, at minime singulis Ecclesiis imposuerit ; quin adverterent, uti oportebat, constantem esse Summorum Pontificum praxim ad nonnullos abusus tollendos persuasione magis quam imperatis uti voluisse ; eo vel maxime scientes quod Rmi locorum Ordinarii, eorumque Cleri verba exhortationis Summi Pontificis loco mandati pie et religiose interpretari solent. Quæ quidem arbitrandi rationes cum per ephemerides, ac varia edita opuscula vulgarentur, ipsaque Editionis præfatæ approbatio in dubium vocaretur, Sacra Congregatio sui officii esse duxerat Apostolicas Litteras sa. me. Pii IX jam editas, authenticas declarare, et ejusdem editionis approbationem iterum confirmare decreto edito die 14 Aprilis anni 1877 [2].

Nihilominus neque eo decreto, neque subsequentibus Apostolicis litteris Sanctissimi Domini Nostri superius memoratis, illi acquiescere visi sunt : quin imo suas opinationes adhuc validius inculcare perrexere in eo conventu cultorum ecclesiastici cantus, qui, ut Guidoni Monacho solemnes deferrentur honores, supe-

(1) Nous avons publié ce Bref dans notre Tome XI, p. 15.

(2) Nous l'avons reproduit dans notre Tome IX, p. 351.

riore anno Aretii habitus est ; non sine illorum offensione, qui Apostolicæ Sedis auctoritatem, non minus quam in reliquis ad Sacram Liturgiam pertinentibus, in cantus etiam ratione et uniformitate, unice sequendam esse jure merito existimant. Sed, quidquid hac in re improbandum irrepserit, quoniam ii, qui Aretii hac de causa convenerant, nonnulla eadem de re vota, seu postulata Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII humiliter porrexerunt, ejusdem oraculum exquirentes, idem Sanctissimus Dominus Noster, attenta negotii gravitate, peculiari Sacræ Rituum Congregationis Cœtui ab se delecto quorumdam S. R. E. Cardinalium Sacris tuendis Ritibus præpositorum, atque aliquot Præsulum Officialium ejusdem Sacræ Congregrationis illud expendendum commisit. Quæ peculiaris Congregatio ad Vaticanum infrascripta die adunata, re mature accurateque perpensa, ac resumptis omnibus ad rem pertinentibus, exquisitisque etiam peritissimorum virorum sententiis, ita, si Sanctissimo placuerit, decernendum censuit :

Vota seu Postulata ab Aretino Conventu superiore anno emissa, ac Sedi Apostolicæ ab eodem oblata pro liturgico cantu Gregoriano ad vetustam traditionem redigendo, accepta uti sonant, recipi probarique non posse. Quamvis enim ecclesiastici cantus cultoribus integrum liberumque semper fuerit, ac deinceps futurum sit, eruditionis gratia, disquirere quænam vetus fuerit ipsius ecclesiastici cantus forma, variæque ejusdem phases, quemadmodum de antiquis Ecclesiæ ritibus, ac reliquis Sacræ Liturgiæ partibus eruditissimi viri cum plurima commendatione disputare et inquirere consueverunt ; nihilominus eam tantum uti authenticam Gregoriani cantus formam atque legitimam hodie habendam esse, quæ juxta Tridentinas sanctiones a Paulo V, Pio IX sa. me. et Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII, atque a Sacra Rituum Congregatione juxta editionem Ratisbonæ adornatam, rata habita est et confirmata, utpote quæ unice eam cantus rationem contineat, qua Romana utitur Ecclesia. Quocirca de hac authenticitate et legitimitate inter eos, qui Sedis Apostolicæ auctoritati sincere obsequuntur, nec dubitandum,

neque amplius disquirendum esse. Ut vero cantus, qui in Sacra Liturgia, stricto sensu accepta, adhibetur, uniformis ubique existat, in novis editionibus Missalium, Ritualium ac Pontificalium, eæ partes, quæ musicis notis designantur, ad normam Editionis prædictæ a S. Sede approbatæ, utpote continentis cantum liturgicum proprium Ecclesiæ Romanæ (ut præfert ipse titulus in fronte cujusque libri appositus), exigantur, ita ut illius textui sint omnino conformes. De cetero quamvis, juxta prudentissimam Sedis Apostolicæ agendi rationem, cum de uniformitate in ecclesiastica liturgia inducenda actum est, præfatam editionem singulis Ecclesiis non imponat, nihilominus iterum plurimum hortatur omnes Reverendissimos locorum Ordinarios aliosque ecclesiastici cantus cultores, ut illam in Sacra Liturgia, ad cantus uniformitatem servandam, adoptare curent, quemadmodum plures jam Ecclesiæ laudabiliter amplexæ sunt. — Et ita decrevit die 10 aprilis 1883.

Facta autem de his omnibus per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII fideli relatione, Sanctitas Sua Decretum Sacræ Congregationis ratum habuit, confirmavit, et publici juris fieri mandavit die 27 ejusdem mensis et anni.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. Præfectus.

L. † S.

LAURENTIUS SALVATI *S. R. C. Secretarius.*

---

# DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

I.

## RAVENNATEN.

Metropolitanæ ecclesiæ Ravennaten. sacrarum Cæremoniarum Magister a Sacra Rituum Congregatione insequentium dubiorum solutionem, de consensu sui Rmi Archiepiscopi, humillime expostulavit, videlicet :

In quibusdam ecclesiis cathedralibus et collegiatis die sancti Marci aliisque diebus Rogationum, post Nonam fit processio, Litanias Sanctorum decantando. Hisce absolutis, unus e Beneficiatis, sive Capellanis, canit Missam Rogationum, in qua Crux Capituli adstat in cornu Evangelii. Post Missam Capitulum et Clerus redeunt in sacrarium cum Acolythis absque Cruce, prouti diebus ferialibus. Quæritur :

I. In Missa Rogationum, quæ canitur a Beneficiatis, sive Capellanis, collocari ne potest Crux Capituli in cornu Evangelii, sicut fit in Missis canonicalibus ?

II. Absoluta Missa, reditus in Sacrarium fieri ne debet processionaliter cum Cruce ?

Sacra porro eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, auditaque sententia alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, rescribendum censuit :

Ad I. Negative, juxta consuetudinem sacrosanctæ Patriarchalis Archibasilicæ Lateranensis.

Ad II. Provisum in primo.

Atque ita rescripsit die 5 januarii 1883.

D. CARD. BARTOLINIUS S. R. C. Præfect.

LAURENTIUS SALVATI *S. R. C. Secretarius.*

## II.

LORSQU'ON CHANTE UNE MESSE DE REQUIEM A L'AUTEL OU EST CONSERVÉ LE SAINT SACREMENT, LE CONOPÉE ET LE PAREMENT DE L'AUTEL DOIVENT ÊTRE DE COULEUR VIOLETTE.

Le Cérémonial des Evêques, traitant de la Messe de *Requiem* chantée par l'Evêque, défend de mettre aucun ornement sur l'autel, et ne permet de mettre un tapis que sur le marche pied de l'autel : « Altare nullo ornatu festivo, sed simpliciter, et nullis imaginibus, sed sola cruce, et sex candelabris paretur.... Gradus Altaris et totum presbyterium sit nudum, excepto quod unum tapete sub Faldistorio, et aliud super primo gradu suppedaneo apud Altare ponetur [1]. »

Les Liturgistes appliquent cette règle aux offices funéraires chantés par d'autres que l'Evêque. Ils ne permettent aucun ornement sur l'autel, et n'admettent un tapis que sur le marche pied [2].

Le conopée et le parement de l'autel peuvent être de couleur noire, si le Saint Sacrement n'est pas renfermé dans le tabernacle ; mais s'il s'y trouve, ces ornements doivent être de couleur violette. Écoutons Bauldry, décrivant ce qui doit se trouver à l'autel.

Altare parari debet pallio nigri coloris, sine ullis figuris mortis, lachrymarum, ossium in modum crucis, aut aliarum hujusmodi, ex *Cæremon. Episcop.* Lib. II, cap. XI. Sint super illud

(1) Lib. II, Cap. XI, n. 1.

(2) Cf. Falise, *Cérémonial Romain ou Cours abrégé de Liturgie pratique*, pag. 120.

sex, vel pauciora secundum exigentiam, candelabra materiæ obscuræ, cum totidem candelis ceræ communis, nisi voluntas hæredum, aut aliorum, ad quos spectat, in usum ceræ albæ tendat. Gradus ipsius sint nudi, nisi forte super suppedaneum ipsius altaris tantum extendatur tapetum nigrum. Tabernaculum SS. Sacramenti, si adsit, velo violaceo, et non nigro tegatur ; nullæque super idem altare Reliquiæ, vel imagines Sanctorum, flores, vasa, aut alia id genus ad ornatum pertinentia, ponantur, sed tantum crux et candelabra [1].

La sacrée Congrégation des Rites a, le 20 mars 1869, consacré la doctrine des Liturgistes, quant à la couleur du parement d'autel. Voici sa décision :

XII. Potestne adhiberi pallium nigri coloris in solemni Commemoratione et Exequiis Defunctorum in Altari SSmi Sacramenti ?

Ad XII. Negative [2].

Un Evêque de la Province ecclésiastique d'Orégon, aux Etats-Unis, a voulu s'assurer si cette disposition était applicable dans tous les cas, où le Saint Sacrement est conservé à l'autel, où se célèbre l'office funéraire, et proposa le doute à la S. Congrégation des Rites. La réponse fut affirmative. Les voici l'un et l'autre.

## NESQUALIEN.

Juxta decreta sacræ Rituum Congregationis, vetitum est in exequiis et missis cantatis de *Requie*, nigro panno et pallio ejusdem coloris ornare altare, in quo asservatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum. Quum vero in nonnullis locis diœceseos Nesqualiensis idem Sanctissimum Sacramentum asservetur vel

(1) *Manuale sacrarum cæremoniarum*, part. III, cap. XIII, n. 1. Cf. Byssus, *Hierurgia*, litt. *A*, n. 291.

(2) Gardellini, *Decreta authentica Congregationis sacrorum Rituum*, n. 5130, vol. V, Append. IV, pag. 18.

in majori altari ecclesiæ vel in unico altari, aliis deficientibus, hodiernus ejusdem diœceseos Episcopus ab eadem Sacra Congregatione humiliter exquisivit : Utrum prohibitio, de qua supra, respiciat altare ubi asservatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, extra tempus quo illud exponitur, et in ecclesiis ubi hujusmodi altare est vel altare majus vel unicum ?

Sacra porro Rituum Congregatio referente infrascripto Secretario sic declarare censuit . *In casu, tum sacri tabernaculi conopæum, tum pallium altaris esse debent violacei coloris.*

D. CARD. BARTOLINIUS S. R. C. Præf.

LAURENTIUS SALVATI, *Secretarius.*

Quoiqu'il ne soit question dans la demande et la réponse que du conopée et du parement, nous ne doutons point que la prohibition ne s'étende aux draperies noires dont on couvre en certaines églises les gradins qui s'élèvent sur l'autel des deux côtés du tabernacle. Comme nous l'avons vu, en commençant, les degrés mêmes de l'autel doivent être nus ; comment voudrait-on qu'il fût permis de couvrir les gradins ?

## III.

Beatissime Pater,

Fr. Eduardus a Turnhout Ord. Min. S. Fr. Capnor. Belgicæ Provinciæ Moderator, ad pedes S. V. humillime provolutus, exponit qualiter in præfata Provincia vetus extat consuetudo, — prout constat ex antiquo Provinciæ Cæremoniali typis impresso anno 1759, — ut certis diebus Missa privata, ea nempe quæ apud Min. Capuccinos veluti Missa Conventualis habetur, coram SSmo Sacramento exposito celebretur . Nonnulli tamen præfatam con-

suetudinem, veluti pluribus Sacræ Rituum Congregationis Decretis adversantem, ægre ferunt. Et ideo humilis exponens, ut Fratrum dictæ Provinciæ quieti et paci consulatur, petit :

1° Utrum licite servari possit immemorialis hujusmodi consuetudo ?

Et quatenus negative :

2° Dignetur S. Vra benigne et de speciali gratia indulgere, ut tuto servetur ad tramites Indulti quod die 2 Augusti 1872 Minoribus Observantiæ Tirolii concessum fuisse asseritur.

Qua de gratia, etc.

## ORDINIS MINORUM SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, postulato in precibus enuntiato sic rescribendum censuit : Consuetudinem in casu exposito servari posse. Atque ita rescripsit die 22 Maji 1883.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS, S. R. C. Præfectus.

Loc. † sig.

LAURENTIUS SALVATI *S. R. C. Secretarius.*

# CONFÉRENCES ROMAINES.

## QUÆSTIONES RITUALES DE SACRAMENTO MATRIMONII,

*De quibus deliberabitur in Academiæ liturgicæ conventibus, quos, auspice viro Emo Raphaele Monaco La Valetta, Tituli S. Crucis in Jerusalem S.R.E. Presbytero Cardinali, Sublacensi Abbate Commendatario, et Sanctissimi Domini nostri Leonis PP. XIII Vicario generali, Romæ in Ædibus Presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam, habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.*

### MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

## QUÆSTIONES RITUALES DE SACRAMENTO MATRIMONII.

### I.

*Die* 22 *Novembris* 1882, *hora* 3 *a meridie.*

Marcus et Geruntia nobili genere nati pluribus ab annis apud civilem potestatem nupserant; sed tandem pœnitentia ducti ad eorum parochum Martinum pergunt, eique significant se desiderio flagrare more christianorum, et scandali præteriti reparandi causa solemniter in Ecclesia nubendi.

Anceps hæret parochus; etenim cum nimio vere scandalo Marcus et Geruntia fidelibus antea fuerint, valde sibi per omnem nuptiarum solemnitatem cordi est reparatio: cui tamen lex Tri-

dentina adversatur ; quadragesimalis enim temporis initio ii resipuerant, pacemque Ecclesiæ poposcerant.

Ordinarium proinde consultum adit, ab eoque laxamentum legis expostulat : qui octuagenarius et fere usus rationis expers petitioni indulget, et Martinus majori qua valet pompa, tempore vetito, solemnia nuptiarum sinit et peragit. Quæritur :

1° *Quid sibi velint ritualia verba :* Solemnitates nuptiarum, *numque tempore feriato aliquid liceat, et quid solemnitatis ?*

2° *Quænam fuerit variarum Ecclesiarum disciplina circa vetitum solemnitatis nuptiarum ante Tridentinum, quænam postea?*

3° *An facultas sit Ordinario ejusmodi Tridentini legem laxandi, et Martinus in casu sit necne excusandus ?*

## II.

*Die* 6 *Decembris* 1882, *hora* 3 *a meridie.*

Oppidanæ cujusdam parœciæ rector, omnibus rite persolutis quæ ante matrimonium celebrandum Rituale statuit, primo mane parœciæ templum ingreditur, in quo Petrum et Luciam pauperes vidit, ad Sacramentum recipiendum affectos.

Sacra peripetasmata induturus parochus accersit Petrum, ab eoque ad aurem inquirit, num eleemosinam jure sibi debitam pro Missa nec ne tulerit. Quem nihil se habere respondentem, ad altaris gradus ecclesiæ cum Lucia manere jubet : ibique superpelliceo et stola coloris diei indutus, eos de consensu rogat, et manu secundum Rituale Romanum benedicit.

Reliquis de more expletis, absque Missa nuptos dimittit. Quæritur :

1° *Quænam sacræ vestes parocho induendæ cum matrimonio jungere nubentes debet ?*

2° *An color earumdem in ritu matrimonii idem esse possit ac color diei ?*

3° *An ad libitum sit parochi Missam pro sponsis celebrare, pro iisque offerre sacrum ?*

4° *Quod judicium ferendum de hujusmodi parochi agendi ratione, prout in casu expositum est ?*

III.

*Die* 20 *Decembris* 1882, *hora* 3 *a meridie.*

Primus Episcopus i. p. i., mutandi aeris ergo, ex Urbe in natale solum migratus a parocho invitatur, ut nobiliori cuidam matrimonio benedicat.

Assentit Primus, cui tamen graviter cum Vincentio cæremoniarum magistro disceptandum fuit. Ille enim uti posse contendit faldistorio ac pluviali : faldistorio quidem, sedendi causa, dum sacras vestes indueret ad altare, dum consensum a sponsis peteret, annulum daret et verba ad illos haberet ; pluviali autem, dum item consensum exquireret, et annulum benediceret ac traderet. At Vincentius strictioris juris pro aris et focis tuebatur neutrum in casu Episcopo convenire ; quod simplicis fungeretur munere parochi, pro quo ritus adhibendos sicut et induendas vestes ipsum Rituale decernit.

Expleto rationum certamine, ac Vincentio ex reverentia tacente, Episcopi sententia prævalet, quam exequuntur. Quæritur :

1° *An ex paritate rationis certa erui lex possit, qua sicut in pluribus functionibus episcopalibus, ita et in benedicendo matrimonio Episcopo jus tribuatur utendi faldistorio ?*

2° *An idem statui possit circa usum pluvialis ?*

3° *An tota ratio de singulis, ut in casu, pro Episcopo militet vel pro Vincentio ?*

IV.

*Die* 17 *Januarii* 1883, *hora* 3 1|2 *a meridie.*

Anselmo extra diœcesim Episcopo a Diœcesano perillustris cujusdam matrimonii benedicendi potestas facta est. Cæremoniarum proinde magistrum compellat ac monet, ut in crastinum cum

faldistorio et mitram pretiosam paret et baculum pastoralem ; illa enim usurus est ante Missam in primo accessu ad altare cum sacris fuerit indutus, et in traditione annuli : infra Missam in bina lotione manuum, cum orationem diceret : *Deus Abraham*, ac demum in benedictione : hoc vero seu pastorali item cum primo ad altare accederet et cum sermonem ad sponsos institueret. Rogat insuper ut tres aut quatuor invitet clericos, qui sibi inserviant matrimonio infra missarum solemnia benedicturo.

Nimiam libertatem Episcopi demiratur quidem cæremoniarum magister, sed tacet ; sacro tamen peracto ritu, illico ad alterum ex apostolicarum cæremoniarum magistris sibi notum ignitam dedit epistolam, inquirens :

1° *Ex quanam generali regula Episcopus in sacris functionibus permittatur vel prohibeatur deferre mitram et quamnam ex tribus ?*

2° *An Episcopus maxime extra diœcesim in sacro matrimonii ritu baculi pastoralis gestandi jure gaudeat ?*

3° *Quid judicandum de singulis, prout in casu exponitur, circa usum seu mitræ, seu baculi pastoralis, seu clericorum inservientium ?*

## V.

*Die 21 Februarii 1883, hora 4 a meridie.*

Angelo sacerdoti, parvo in oppido Romanæ provinciæ missionem agenti, Ambrosium et Martham corporis animæque miseriis pressos matrimonio jungere commissum est.

Sponsis ad aram manentibus temploque fidelibus referto, dum Angelus cœlum sibi contigisse digito videbatur, audit eos ex paupertate annulo carere. Angelum implicatum parochus extricat; jubet enim ut æditaus ædem parœciæ quantocius intret : ibique ex multis ferreis, ligneis, ex crine aliaque materie annulis, in arcula quadam ad id reconditis unum sumat, et super altaris mensam benedicendum locet.

Quo peracto rebusque ita compositis, Angelus a sponsis consensum accipit, annulo ex crine benedicit, et lustrali aqua respersum æditaus tradit : qui in digito annulari dexteræ manus

sponsæ veluti metitur, statimque aufert restituendum domino.

Reliquis omnibus absolutis, nupti ad propria redeunt. Quæritur :

1° *Quid de antiquitate et variarum ecclesiarum ritibus circa annulum benedicendum ac sponsæ inducendum ?*

2° *Quid annulus significet : et num per annulum ex fragili aut levi materia significatio nec ne impleatur ?*

3° *An sponsis carentibus annulo, consultius sit annuli benedictionem omittere, quam annulo cuicumque et forte benedicto benedicere ?*

4° *Quid de Angeli ac parochi agendi modo dicendum ?*

## VI.

*Die* 14 *Aprilis* 1883, *hora* 4 1|4 *a meridie.*

Habebitur sermo de Passione D. N. Jesu Christi, ut divinum illud ac ineffabile Mysterium, supremum Liturgiæ objectum, solemniter quotannis recolatur.

## VII.

*Die* 11 *Aprilis* 1883, *hora* 5 *a meridie.*

Henricus parochus iter ex invaletudine aggressurus Antonio sacerdoti matrimonio Philippum inter et Annam benedicendi curam demandat. Cum ergo adventasset hora agendi Sacramenti, Antonius ecclesiam petit, sacras vestes induit, consensum sponsorum intelligit, sacrumque eis benedicturus incipit.

Itaque, dicto : *Pater,* ad sponsos jam genibus ad aram provolutos se convertit, cum tremens aspicit Annam jam viribus destitutam prolabentem. Philippo et adstantibus illi opem ferentibus, quid sibi agendum vix presbyter cogitans ad aram se iterum vertit, et benedictione integre omissa, sacrum absolvit, post quod nupti discedunt.

Infra mensem Henricus revertitur, et re ab Antonio audita, illico accersit sponsos, quos ad nuptiarum benedictionem acci-

piendam invitat, eaque infra solemnia missarum donat. Quæritur :

1° *An præceptiva sit vel directiva tantum Rubrica de benedictione nuptiarum?*

2° *An et in quo cunctæ Ecclesiæ conveniant in benedicendis nuptiis ?*

3° *Num possit parochus sponsis post matrimonium forte consummatum benedicere?*

4° *An excusandi vel redarguendi Henricus et Antonius ?*

## VIII.

*Die* 25 *Aprilis* 1883, *hora* 5 1/4 *a meridie.*

Agnetem quamdam licentia morum satis insignem in conjugem ducit Didacus, qui triginta circiter post diebus sibi vitam exhaurit. Illam postea ad meliorem frugem reversam Gelasius quidam instructus vir ac nobilis in uxorem quærit : qui Blasium parochum invisit, ab eoque nova expetit cum Agnete nuptiarum benedictione muniri. Etenim certo certius, inquit, irrita habenda est benedictio, qua Agnes donata fuit in primis nuptiis : quod, benedicente parocho, sponsæ contraria prorsus erat, ut mihi confessa est et iterum ad confitendum parata, accipiendæ benedictionis intentio.

Aliquandiu Blasius animi pendet ; sed tandem, aliqua efformata sibi conscientia, se illi morem gessurum pollicetur, quod et fideliter complet. Quæritur :

1° *Quibus innitatur momentis Ecclesiæ ordinatio circa benedictionem secundo et ultra nubentibus denegandam ?*

2° *Quænam regula parocho servanda ex Rituali Romano, de secunda nuptiarum benedictione ?*

3° *Quid de Blasii agendi ratione judicandum ?*

## IX.

*Die 9 Maii 1883, hora 5 1/4 a meridie.*

Rupertum regularem virum et parochum, quod matrimonium aliquod die 16 Junii benedicendum statuisset, quidam ex ejus confratribus ignorantia redarguit. Cum enim stato die festum SS. Cordis Jesu sub ritu dupl. 2 cl. totus eorum religionis ordo recoleret, ne inficiandum quidem, inquiebat confrater, nuptiarum benedictionem seu ex Rubrica Missalis, seu ex pluribus S. R. C. decretis esse inhibitam.

Subridens vero Rupertus inustam sibi notam in confratrem vertit, asserens Rubricam Missalis favere sibi, utpote quæ de festo tantum die præceptivo verba faceret, imo et ipsa S. R. C. decreta, quippe quæ Rubricæ explicationem quidem, non vero contradictionem importent necessum est.

Istiusmodi fretus rationibus, ejus quamvis pertinaciam nec ille tantum, sed et cuncti confratres indigne ferrent, actu consilium perficit. Quæritur :

1° *Quomodo Rubrica Missalis, ante Missam pro sponsis posita, sit intelligenda ?*

2° *Quibus nitantur argumentis quædam ea super re decreta a S. R. C. edita?*

3° *Quid de Ruperti ejusque confratris opinione dicendum?*

## X.

*Die 30 Maii 1883, hora 6 a meridie.*

Macrobius quidam sectæ massonicæ addictus, sed religionem ostentans, Joannem parochum suum enixe precatur, ut eum velit cum Julia quadam in ecclesia matrimonio conjungere.

Parochus profecto illum nedum sectaria sed et hæretica labe infectum pro explorato habet; verum cum hinc juridicis mediis probari nil posset, illinc Macrobius Sacramentum ecclesiastico more postularet, censet Joannes id matrimonii non esse mixtum et posse petenti satisfacere.

Ne tamen pusillis pravo esset exemplo, cohortatur sponsos, ut pro sacro explendo ritu ecclesiam se conferant noctu. Quod consilium ineuntes Macrobius et Julia, factum est ut, parœciæ fidelibus vix sentientibus, coram parocho sacris juxta Rituale induto, catholice in ecclesia nuptias celebrarint. Quæritur :

1° *Quænam regulæ parocho servandæ in matrimoniis mixtis, et qua de ratione ab Ecclesia statutæ?*

2° *An matrimonii nocturna celebratio sit nec ne Ecclesiæ disciplinæ conformis?*

3° *Quid de agendi ratione Joannis judicandum?*

## XI.

*Die* 13 *Junii* 1883, *hora* 6 1/4 *a meridie.*

Sacerdos quidam samniticus capellanus est, et confessor sororum quarumdam et puellarum, quæ in earum domo causa institutionis vivunt. Quas inter puellas cum Helenam quamdam capellanus nosset præclaris, pauperem licet, naturæ dotibus præditam, de ea cuidam Anselmo diviti nuptum tradenda cum sororibus colloquium serit.

Rebus omnibus compositis, vel quod nemo cogitaret parochum, qui totam fere vitam in venatu insumebat, vel quod capellanus judicaret se adstare matrimoniis posse cum parochus id resciens non obstitisset, sponsi in sacello domus, et eidem capellano coram, matrimonium ineunt.

Majoris autem honoris ergo sponsi latino idiomate quod callebant de consensu inquiruntur : quo capellanus accepto, velo quodam serico Helenæ vultum obnubit, sociabus interim sponsæ accensos deferentibus cereos.

Reliquis parochi muniis functus sacerdos samniticus abscedit. Quæritur :

1° *An ex Rituali Romano vel alio ex capite capellanis, qui et confessores, aliqua tribuatur facultas benedicendi matrimonia puellarum, institutionis causa in monasterio degentium?*

2° *An ritus nubentis mulieris cooperiendi vultum, deferendique cereos, ut in casu, ortum ducant ex antiquitate, sintque necne probandi juxta Rituale Romanum?*

3° *Quid de tota serie facti sacerdotis samnitici?*

## XII.

*Die 27 Junii 1883, hora 6 1/4 a meridie.*

In quibusdam pagis Neapolitanæ provinciæ quoties eorum parochi exorantur, ut nobilium virorum se conferant domos matrimoniis adstandi causa, toties eorum votis arrident. Si quis autem ex illis viris altaris privilegio gaudet, ab eo ; sin vero altaris similitudinem componunt, ab eoque sponsorum consensum audiunt, verba Ritualis : *Ego conjungo vos*, proferunt et annulo benedicunt. Hisce peractis, coronam florum qua redimitum est caput sponsæ, accipiunt parochi sponsoque tradunt.

Cum autem nec tunc temporis nec postea de Missa et benedictione nuptiarum agatur, Hippolytus qui sæpissime in eo ritu cæremoniarum magistri munere fungebatur, ad Ennium sodalem suum degentem Romæ mittit epistolam, in qua hæc dubia enodanda proponit :

1° *An domi, ex consuetudine, celebrari possint matrimonia, et ara, ubi desit, ad id componi?*

2° *An usus coronæ florum, quem Rituale silet, sit saltem antiquitati Ecclesiæ conformis, ac proinde necne probandus?*

3° *An sponsi, domi matrimonio inito, sint minimum invitandi a parocho ad petendam ecclesiam, Missæ audiendæ et accipiendæ benedictionis ergo?*

## XIII.

*Die 26 Julii 1883, hora 6 a meridie.*

Habebitur sermo de laudibus S. Vincentii a Paulo, de Divinis inter sacerdotes collationum institutoris, sub cujus auspiciis congregatur cœtus noster.

## XIV.

*Die* 8 *Augusti* 1883, *hora* 5 3/4 *a meridie.*

Novus in parœcia quadam mos invaluit mulieribus post partum benedicendi. Nam parochus sæpe officii ergo nobiliorum puerperarum domos adibat invisurus. Cumque ex devotione illæ fœminæ benedictionem exposcerent, ipse manu iis benedicebat. At cum id crebrius accideret, tandem utilius parochus censuit speciali, quæ in Rituali est, benedictione uti. Ut autem benedictio aptior loco fieret, in secunda antiphona verba : *Ingredere templum Dei*, omittebat : et ad Orationem : *Omnipotens etc.*, verba : *Ad templum sanctum tuum*, in alia : *Ad te*, commutabat.

Cujus exemplum alii quoque sacerdotes, parocho ipso facile assentiente, secuti, factum est ut, benedictione puerperarum in ecclesia paucis et pauperioribus fœminis relicta, nulla jam amplius ex nobilioribus eam petitura ad ecclesiam pergat. Quæritur :

1° *Quibus innitatur causis Ecclesiæ consuetudo mulieri post partum benedicendi ?*

2° *Quinam sint ritus et locus ejusmodi benedictionis, numque immutari pro lubitu a parocho possint ?*

3° *An jus benedicendi puerperas aliis competat sacerdotibus, parocho assentiente vel dissentiente ?*

4° *Quomodo parochus in casu, aliique sacerdotes judicandi ?*

## XV.

*Die* 22 *Augusti* 1883, *hora* 5 1/4 *a meridie.*

Habebitur sermo de Assumptione Deiparæ Virginis, quam peculiarem sibi Patronam jam inde ab initio Academia selegit, quocum juxta morem, annuus Academiæ cursus absolvitur.

## QUESTION DE THÉOLOGIE MORALE.

### QUELLE ESPÈCE DE PÉCHÉ COMMET CELUI QUI DONNE LE SCANDALE [1] ?

Voici maintenant les arguments dans lesquels Vasquez met toute sa confiance :

Duabus rationibus videtur mihi præcedens sententia recte confirmari, prior ab absurdo est hujusmodi. Si damnum spirituale tribueret speciem peculiarem, etiamsi non esset directe, et expresse voluntarium, sequeretur fore, ut multo gravius peccaret, is qui invitaret exemplo suo ad homicidium corporale, non intendens directe ruinam spiritualem, quam qui occideret, quod est absurdum : quia ille, qui invitaret ad homicidium peccaret duplici peccato, tum scandali contra correptionem debitam ex misericordia ; tum etiam contra justitiam, quia peccaret etiam peccato homicidii,et teneretur vinculo restitutionis : peccare autem his duobus peccatis, gravius est quam peccare uno tantum [2].

Si l'on réplique que l'homicide peut être aussi grave que les deux autres espèces ensemble, parce que, dans le premier cas, il y a intention directe et expresse de causer du tort en enlevant la vie corporelle, tandis que, dans le second cas, il n'y a point pareille intention de causer le tort soit spirituel soit corporel, il se contente de répondre que cela est très étonnant, et du reste, ajoute-t-il, on peut donner des exemples où cette différence d'intention n'existe pas.

Avant de passer à ces autres exemples, nous ferons

(1) V. ci-dessus, pag. 66. — (2) In 1-2, Disp. CII, n. 10.

remarquer que cette différence n'est pas non plus la seule raison pour laquelle l'homicide, dans le cas, peut être aussi grave que les deux autres espèces en question prises simultanément, comme nous le dirons tantôt ; mais cela n'empêche que cette différence ne doive être prise en considération, et certes on ne peut dire *a priori* qu'un péché directement volontaire, ne puisse être aussi grave qu'un péché de la même espèce, qui n'est pas directement volontaire, malgré qu'il s'y ajoute une autre espèce également volontaire seulement d'une manière indirecte. Nous pouvons remarquer encore qu'il n'est pas exact de parler ici de deux péchés comparés à un autre : il n'y a en effet ici qu'un péché indirectement volontaire, qui contient en outre une espèce accidentelle, une circonstance opposée à une autre vertu, comparé à un péché de même nature mais directement volontaire.

Mais écoutons la suite :

Sed age, assignemus aliud exemplum, in quo uterque qui peccat directe feratur in damnum mortis corporalis, vel uterque non directe, et eo prædictam sententiam impugnemus : exemplum autem sit, primum, cum quis persuadet alteri expresse ut occidat, si enim prædicta sententia sit vera, sequitur gravius peccare illum qui suadet, quam qui reipsa occidit, quia is qui suadet peccat peccato homicidii directe, sicut qui occidit, et insuper peccato scandali [1].

Nous disions tantôt que la différence d'intention, directe ou indirecte, avec laquelle le péché se commet, n'est pas la seule raison de la différence de gravité des péchés : nous avons vu en effet, dans notre article précédent, que saint Thomas [2] assigne une seconde raison, à savoir : la diffé-

(1) *Ibid.*, n. 11. (2) 1-2, q. 73, art. 8, ad 4.

rence d'efficacité de l'acte de péché pour produire le dommage du prochain. Il convient donc de distinguer si celui qui produit le dommage est cause principale, ou seulement cause secondaire : c'est ainsi que celui qui ordonne (*mandans*) l'homicide est plus coupable *per se*, que celui qui l'exécute comme instrument, et est tenu de restituer avant celui-ci. Nous avouons qu'il n'en est pas ainsi de celui qui donne seulement le conseil ; mais il reste une autre considération à faire : c'est que celui qui donne le conseil n'est pas la cause physique, prochaine et immédiate du tort causé, comme celui qui commet l'homicide ; et qu'il n'enlève aucunement à celui-ci la liberté de ne pas le commettre, tandis que celui qui tue pose par là même la cause physique, immédiate et nécessaire du tort du prochain. Il en est de même par rapport à l'espèce contre la charité au scandale donné : *Spiritualis mortis nullus potest esse alteri causa per se sufficiens : quia nullus spiritualiter moritur nisi propria voluntate peccando.* Comment donc nous prouvera-t-on que celui qui conseille l'homicide pèche plus gravement que celui qui le commet ?

La même réponse s'applique parfaitement à l'autre exemple donné par Vasquez, où les deux péchés qu'on compare ne sont qu'indirectement volontaires. Voyons si Vasquez est plus heureux dans le second argument qu'il propose. C'est le suivant :

La matière ne nous manquerait pas pour établir un parallèle entre l'opposition et la critique, que subirent autrefois la Vulgate et le Bréviaire, et celles dont nous sommes aujourd'hui témoins contre l'édition du chant officiel. Mais pourquoi sortir de notre matière ? Nous trouvons un motif — certainement le plus noble, — qui semble justifier cette opposition, dans la réponse, qui est l'objet de notre écrit. Nous allons l'examiner de près. Quel est ce

PUBLICATIONE AUTENTICA
DEL CANTO ECCLESIASTICO
USATO NELLA CHIESA ROMANA.

*Siamo incaricati dalla competente Autorità di reportare quanto segue :*

Uno dei belli pensieri della s. m. di Pio Papa IX fu certamente quello di ridurre ad unità la sacra Liturgia nei popoli occidentali e specialmente in Francia. Quanto bene ne sia venuto alla Chiesa non è a dire ; perchè l'uniformità della prece segue l'uniformità della Fede.

A conseguire pienamente lo intento, dopo di aver quel Sommo Pontefice provveduto alla parte rituale, volle che si mettesse mano al Canto ecclesiastico : impresa veramente ardua, ma sommamente utile... etc...

Da Paolo V dunque fino ai nostri di, oltre del Graduale, niun' altra parte di Canto ecclesiastico autenticamente era venuta più alla luce.

A questo bisogno volendo provvedere il sommo Pontefice Pio IX nominò una commissione di peritissimi maestri in Canto ecclesiastico... ete...

Nondimeno alcuni cultori del Canto ecclesiastico, specialmente d'oltremonti, hanno osato di fare oppositione a questo pregievolissimo lavoro, quasi che non contenesse il vero canto fermo Gregoriano... (*L'osservatore Romano*, 11 dec. 1878.).

motif ? C'est l'honneur de l'Église, dit-on, qui se trouve compromis par cette approbation, si celle-ci est réellement telle, c'est-à-dire une déclaration d'authenticité. Et pourquoi ? C'est que la science s'est prononcée et a déclaré que l'édition romaine est faite sans science ; et partant, si Rome a réellement approuvé cette édition pour l'Eglise entière, elle a approuvé un hors-d'œuvre : on comprend, dès ce moment, que l'autorité et l'intérêt du S. Siège seront sauvegardés, si l'on peut prouver que cette approbation n'est pas une déclaration d'authenticité. Ecoutons l'argumentation : En exprimant ces pensées, etc... Voyez ci-dessus, pag. 177.

Et c'est surtout cette dernière pensée, que le sens d'une déclaration d'authenticité donnée à l'approbation de l'édition imprimée à Ratisbonne, fournirait une arme nouvelle aux ennemis de l'Église ; c'est cette pensée qui est réputée comme fort judicieuse !

Vraiment, la S. Église a eu à se féliciter de ces savants qui ne peuvent soutenir son honneur qu'en la faisant dire le contraire de ce qu'elle a dit ; qu'en la faisant défaire ce qu'elle a fait !

Non ! ce n'est pas l'aigreur à l'égard d'un fait isolé, qui nous fait ainsi parler. Mais, c'est que ce fait nous rappelle et renouvelle, à l'insu et contre la volonté de ses auteurs, un système de défense, qui heureusement a fait son temps; un système négatif qui serait bon, si ceux à qui le Saint-Esprit a donné la mission de conserver la science, l'avaient eux-mêmes perdue. Nous n'avons rien à craindre de ce chef : l'Église se sent trop forte, pour avoir à craindre un démenti de la science.

Que si nous ne savons ou ne voulons pas en profiter, nous risquons de voir les ennemis de l'Église être les

premiers à justifier ses actes, comme ils l'ont fait pour l'histoire et la liturgie ; nous risquons de voir les mêmes, qui ont été les premiers à *proclamer tout haut la magnificence et l'onction de nos formules papistes* [1], être également les premiers à approuver la *sagesse pratique* de l'Église dans l'édition de ses formules Grégoriennes ! Relevons et constatons le fait en question.

N. S. P. Léon XIII dit : *authenticam declaramus ;* on nous dit qu'il serait fâcheux de prendre ces paroles comme une déclaration authentique ! Et pour plus grande preuve on a ajouté : *ce qui n'est qu'une approbation disciplinaire*. Mais que veut donc cette distinction ?... Comme si l'approbation d'une œuvre liturgique pouvait être autre que disciplinaire, la liturgie étant l'objet principal de la discipline [2]. Voudrait-on une définition de foi ? L'approbation de l'édition officielle de la Vulgate, éditée quarante ans après le Concile de Trente, corrigée mais non rétractée ensuite ; l'approbation du Bréviaire, comme prière liturgique, n'est et ne peut être autre que disciplinaire. Dans tous les temps les Souverains Pontifes conserveront le droit d'y apporter des changements, d'y faire des additions, des retranchements, selon qu'ils le jugeront convenable ; sauf à en être responsables uniquement à Celui, d'où découle directement la primauté de juridiction universelle et absolue. Or, c'est précisement cela qui distingue les approbations de foi de celles de discipline : les premières sont immuables, les autres reçoivent des changements d'après les besoins des temps.

Ainsi cette distinction entre *déclaration d'authenticité* et *approbation disciplinaire* est dans le cas une distinction

(1) D. Guer.

(2) Bouix, *De jure liturgico*, pag. 108 sq.

*verbale,* sans fondement réel. Elle est également contraire aux paroles formelles du S. Père, qui confond les deux termes comme synonymes : PROBAMUS *atque* AUTHENTICAM DECLARAMUS. L'approbation de Pie IX ne contenait pas le second membre de la sentence de Léon XIII, et cependant elle en avait le sens et la valeur, d'après la déclaration du 14 avril 1877. En ajoutant le mot contesté, le Souverain Pontife leva tout doute, même pour ceux qui sont le moins initiés aux principes du droit canon. Apprenons de là à étudier les paroles du Saint-Siège avant de les interpréter. Et puisque l'honneur a été mis en question, qu'il soit permis de demander, si c'est là la science par laquelle nous nous croyons appelés à sauver l'honneur de l'Église ; si c'est faire preuve de science que de donner aux paroles de l'autorité une interprétation qui leur enlève toute efficacité ! De plus : si nous mettons d'un côté le prétendu danger que court l'Église, quand nous défendons les mélodies grégoriennes qu'elle vient de nous présenter ; et de l'autre la liberté avec laquelle nos adversaires se permettent de détourner de leur sens clair et net les arrêts pontificaux ; — de quel côté croirons-nous que l'honneur de l'Église soit le plus compromis ?

Nous disions également : « En la faisant défaire ce qu'elle a fait. » Examinons si cela au moins semblera scientifique.

Le Saint-Siège nous déclare maintes fois que, par son édition officielle, il veut, en fait de chant ecclésiastique, réaliser l'unité nécessaire entre les églises particulières et l'Église de Rome : complément de cette unité liturgique, pour la réalisation de laquelle les Papes ont attendu des siècles le moment marqué par la Providence ; et l'on veut que le Saint-Siège, ayant glorieusement achevé cette tâche,

se soit trompé à la dernière heure en approuvant, à cet effet, une œuvre sans science ! La Providence, qui, au dire de D. Guéranger, avait suscité pour la réforme de la musique religieuse à Rome même un homme profondément liturgique, Palestrina, dont les talents étaient à la hauteur de sa mission (quoique la musique religieuse ne soit qu'un simple *ornement*, dont la Liturgie au besoin peut fort bien se passer) : la Providence, dis-je, aurait refusé cette assistance lorsqu'il s'agissait du chant de l'Église proprement dit, du chant grégorien appartenant à l'*intégrité* de la Liturgie ! Il faut que le Saint-Siège rétracte ce dernier acte, qu'il renonce à son œuvre pour adopter une œuvre non faite d'après sa propre conception et ses propres traditions, conformément au caractère monarchique de son gouvernement ; mais pour adopter un travail accompli entièrement en dehors de son autorité, œuvre à laquelle elle n'a qu'à donner son approbation, sauf le droit de la refuser en tout ou en partie, droit que nos lois constitutionnelles reconnaissent également à nos souverains sur les travaux des Chambres législatives ! Mais ne sera-ce aussi avec la même chance de voir se former le lendemain de l'approbation une nouvelle commission qui voudra remonter plus haut aux sources grégoriennes, ou, comme François-Xavier Witt, se rapprocher davantage des temps apostoliques ? N'ont-ils pas le même droit de le *désirer* et de le *croire possible ?*

Oui ! on l'oublie trop ! Le gouvernement de l'Église est monarchique, et ses approbations ne changent pas comme celles de nos rois constitutionnels. C'est là un fait que l'histoire de la réforme liturgique depuis le Concile de Trente relève avec une magnificence inconnue jusqu'alors. Qu'on se rappelle les travaux d'un Benoît XIV sur le Bré-

viaire Romain : Lui, certainement homme capable pour une réforme liturgique, si jamais il en fut un,et qui cependant après bien des labeurs devait s'avouer vaincu. Était-il moins savant au moment où il prenait cette conclusion définitive?

Qu'on se rappelle encore les travaux renouvelés sur le même Bréviaire par Pie VI et surtout Pie IX, qui, ayant chargé une commission pour l'examen d'un travail de trois volumes *in folio*, après compte-rendu, enjoignait de les reporter à la bibliothèque du Vatican.

Au Concile du Vatican, il fut de nouveau question de cette réforme, mais il fut répondu que le Saint-Siège ne s'y prêterait qu'en cas d'une nécessité évidente, attendu que « se anche gli angeli scrissero un nuovo Breviario, i nostri critici troveranno sempre da lagnarsi [1]. »

Voilà en quoi consiste, non l'immobilité, mais la solidité et l'immutabilité de nos lois et de nos arrêts ecclésiastiques.

Ce fait ravissait un D. Guéranger et lui faisait porter un défi à tous ses adversaires :

Nous nous contenterons, *écrit-il*, de remarquer ici ce fait unique dans l'histoire des législations : c'est que, depuis bientôt trois siècles qu'un tribunal a été établi à Rome, sous le nom de Congrégation des Rites, pour dirimer toutes les difficultés d'application ou d'interprétation des rubriques, tant du missel que du bréviaire romains; après plus de six mille (nous dirons plus de vingt mille) consultations et réponses qui ont été imprimées, il est inouï que les Juges aient été obligés de s'écarter du texte de

(1) *Musica sacra*, 1870, n. 2, p. 15. C'est-à-dire : « Quand même les anges composeraient un nouveau Bréviaire, nos critiques y trouveraient encore à mordre. »

la Loi dans les arrêts qu'ils ont rendus. C'est ainsi qu'une des constitutions de l'Église romaine, celle qui semblerait la moins grave, la moins sérieuse, à ceux du moins qui ne savent pas la haute importance du dépôt des traditions rituelles, peut défier en solidité, en immutabilité, tout ce que les sociétés les plus civilisées ont établi de plus sage dans leurs formes gouvernementales [1].

Voilà ce qu'est la Congrégation des Rites, qui a déclaré de l'édition dont il s'agit : « Eadem Editio... continet cantum Gregorianum, quem semper Ecclesia Romana retinuit, proindeque ex traditione conformior haberi potest illi, quem in Sacram Liturgiam S. Pont. S. Greg. Magnus invexerat [2]. » Après mûre délibération, elle n'a pas trouvé de terme, je ne dis pas pour rétracter, mais pour réformer l'œuvre de Paul V après 250 ans ; et l'on prétendrait en trouver après vingt ans pour démolir cette œuvre !

C'est sous la sauvegarde de cet argument de présomption que nous laissons pour le moment la valeur scientifique de l'édition Romaine et l'honneur du Saint-Siège qui s'y rattache ; nous nous réservons de montrer en particulier comment ailleurs, et surtout au Congrès d'Arezzo et de Munster, l'édition Romaine a subi dignement l'épreuve, et montré à l'évidence la sagesse pratique du Saint-Siège [3].

(1) *Institutions Liturgiques*, chap. XIII, t. I, p. 371.

(2) Décret du 14 août 1871. Nous l'avons inséré dans notre tome VII, pag. 295.

(3) Nous affirmons ceci en toute vérité, quoique à Munster le plain-chant n'ait pas été exécuté à notre entière satisfaction. Nous aurions désiré voir tirer profit des règles de Dom Pothier, règles que nous avons eu le bonheur d'apprendre à l'abbaye de Maredsous (ce foyer de chant liturgique), avant leur apparition dans les *Mélodies Grégoriennes*. L'expérience prouve que la pratique de ces règles ajoute

Ayant donc prouvé la valeur et l'étendue de l'approbation en question, l'authenticité et le caractère officiel de l'édition Romaine, il ne nous reste qu'à rappeler les devoirs qui en résultent pour les archéologues. Nous les emprunterons à Benoît XIV :

1. Le premier devoir est l'abstention de censure et de critique : « Constitutiones, ad illam (disciplinam pertinentes)... quæ sacros respicit ritus, cæremonias, sacramenta, clericorum vitam ; ... isthæc omnia a Pontificia auctoritate omnino pendent ; ideoque Apostolicæ Sedis decreta, quæ circa ea prodire contingat, inferiorum judicio et censuræ nullo modo subjecta esse debent [1]. »

Voilà notre prémisse. La même thèse réduite de l'universel au particulier donnera cette conclusion :

*Les décrets du Siège Apostolique regardant l'édition officielle du chant ecclésiastique ne sont aucunement sujets au jugement et à la censure des archéologues.*

Mais laissons plutôt le cardinal Bilio nous rappeler ce

un nouveau lustre au chant Romain. Aussi toutes les études archéologiques faites en ce sens ne pourront manquer d'avoir l'approbation et la bénédiction de l'Église, et de mériter largement ses faveurs.

A ce propos nous ne pouvons nous abstenir de citer ces paroles remarquables du docteur G. Jacob, chanoine, conseiller épiscopal de Ratisbonne, professeur d'Esthétique, membre de la commission internationale pour la partie scientifique du Congrès d'Arezzo, dans une lettre adressée aux membres de ce Congrès : « Talis est enim intimus cantuum cum sacris verbis in Liturgia connexus, ut quemadmodum in redigendis Missarum et Officiorum textibus nullam præter Romanæ Ecclesiæ auctoritatem sequimur, ita quoque in ipso cantu Romanum usum, quasi fidelissimum unitatis tutorem, teneamus. Ex illis igitur libris, quos Sanctitas Sua authenticos pro sacro cantu Urbi Orbique dedit, cantandi unitatem rite depromere et in praxi fovere debemus. Nil sane et in hac parte proderit studii assiduitas, nisi pie observetur Ecclesiæ auctoritas... »

(1) *De Synodo Diœcesana*, Lib. IX, cap. VIII, n. 3.

droit universel et en faire d'un seul coup l'application particulière. Que nous apprend-il dans le Décret du 14 Avril 1877.

D'abord il constate l'opposition : « Ejusmodi opere jam magna ex parte accuratissime absoluto, plures in illud ejusque Typographum excitatæ sunt contradictiones.» Quels sont les obstacles que l'opposition a soulevés pour entraver la fin que la S. Congrégation s'est proposée en publiant ces livres de chant ? Les feuilles périodiques ont publié : *a*) des *censures injurieuses* contre le chant et la Commission Papale. *b*) Elles ont poussé la témérité jusqu'à infirmer la foi à plusieurs Décrets de la S. Congrégation des Rites. *c*) Et ce qui plus est, à revoquer en doute l'authenticité du Bref Apostolique.

Conclusion : la S. Congrégation des Rites attend et entend que de nouveaux obstacles et de nouvelles contradictions ne soient plus soulevés et elle déclare à cette fin la validité et l'authenticité du Bref Apostolique : « Eadem Sacra Congregatio, ne fini, quem sibi per hanc novam Editionem Librorum cantus Ecclesiastici proposuit, alia obstacula et contradictiones interponantur.» Mgr le Secrétaire de la Congrégation avait déjà, trois années auparavant, qualifié les griefs de l'opposition comme « offensants pour le S. Siège, la sainte Église Romaine et la S. Congrégation des Rites[1]. »

Un second devoir pour l'archéologue est *un devoir de service :* mettre à la disposition du S. Siège les données de la science ; proposer les difficultés, les inconvénients, les inconséquences, en un mot tout ce qui peut servir à

(1) V. sa réponse dans la *Revue des Sciences ecclésiastiques*, tom. xxx, pag. 147.

améliorer les œuvres liturgiques, les purger des défauts ou imperfections, dont aucune œuvre humaine ne peut être exempte.

Pour la manière de rendre ces services, voici la triple règle que pose Benoît XIV : *Debita cum modestia et gravi fundamento difficultates exponere, easque judicio Sedis Apostolicæ supponere, ut earum veritatem et robur perpendat, si quando manus iterum admoveatur ad... correctionem* [1].

La *modestie* dans les formes, la *suspension* du jugement, la *patience* dans le travail. Pour ce qui regarde la *modestie*, un exemple contraire est relevé, dans la *Nouvelle Revue théologique*, an 1880 : « Est-il permis, *demande M. Falise*, quand on a le filial respect dont se vante l'auteur, de venir déverser l'insulte et le mépris sur une édition ainsi recommandée par l'autorité suprême ? N'est-ce pas l'*Ave rex Judæorum*, suivi de *et dabant ei alapas* [2] ? »

*Gravi fundamento*. Il sera bon de savoir qu'avant la rédaction du Bref Apostolique de Pie IX, et même avant celle des décrets de la S. Congrégation des Rites, tous les griefs et difficultés de l'archéologie étaient connus à Rome. Car en mars 1870, M. Haberl, l'un des membres de la Commission Pontificale, écrivit de Rome même, avec la permission de la S. Congrégation des Rites, sa lettre de défense [3], et il atteste qu'en ce moment l'édition n'était encore qu'en manuscrit, quoique presque achevée, et qu'il n'y avait encore rien de décidé que le titre, que porterait

(1) *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*, lib. IV, part. II, cap. XIII, n. 8. Cf. *Acta S. Sedis*, vol. VI, pag. 118.

(2) Tome XII, pag. 130.

(3) *Offener Brief in Betreff der neuen Edition des* Graduale Romanum.

la nouvelle édition du S. Siège. Nous avons montré plus haut comment Léon XIII a voulu être renseigné avant de donner son approbation.

Le congrès d'Arezzo, où l'élite des archéologues était assemblée, n'a soulevé aucune difficulté nouvelle.

Revenir sur les difficultés qui ont été jugées, c'est dire qu'on n'a pas bien fait, c'est là une injure. Il nous faut donc de nouveaux griefs, de nouvelles difficultés, ou au moins que les anciennes soient présentées avec des circonstances nouvelles, qui les rendent dignes d'avoir accès au Tribunal du S. Siège [1].

*Easque judicio Sedis Apostolicæ supponere.* C'est bien là

(1) « Illud autem omnino tenendum est, ut et in hujusmodi recursibus debita Apostolicæ Sedi reverentia semper servetur ; et, cum ipsa, omnibus auditis, judicium suum protulerit, illius sententiæ obtemperetur, ejusque jussa promptæ exequutioni demandentur...... Constat enim æquum non esse, Apostolica Decreta libenter accipi tunc solum, cum propriis intentionibus congruunt, at in sententia obfirmate persistere, cum Summus Pontifex, reclamantis rationibus auditis, atque libratis, easdem tanti esse non reputat, ut mandata sua revocare, vel generales leges moderari opportunum censeat. » (Bened. XIV, *De Synodo diœcesana*, lib. IX, cap. VIII, n. 4). Dans les numéros suivants, Benoît XIV nous donne encore une autre instruction qui vient fort à propos. Il nous montre par plusieurs exemples de l'histoire ecclésiastique que non seulement des gens peut-être éminents en piété, mais même des saints ont pu se méprendre et s'oublier un moment pour se mettre en opposition avec le S. Siège. Quel est le jugement à porter sur ces saints personnages ? Croire qu'ils ne peuvent être répréhensibles, parce qu'ils sont des saints? Donner tort à l'autorité, parce que dans l'opposition figure un saint ? On comprend qu'il ne s'agit de rien moins que de cela. Voici à quoi nous devons nous en tenir. 1. Ce serait leur faire injure que de douter de leur bonne foi ; certains que nous devons être qu'ils n'ont agi de la sorte que parce qu'ils croyaient pouvoir le faire. 2. Quoique leur intention soit excusable, leur résistance est cependant répréhensible. 3. Ces saints personnages ont réparé glorieusement leur manque de révérence et de soumission par la pénitence. (*ibid.*, n. 9).

le devoir le plus dur pour le savant archéologue ; et pourtant, qu'on nous permette de le dire, cette règle est à la fois la plus raisonnable, et la plus salutaire.

Elle est la plus *raisonnable*, puisqu'elle est fondée sur la théorie scolastique des connaissances humaines, qui refuse un assentiment *nécessaire* de la part de l'intelligence aussi longtemps que la vérité proposée ne se manifeste pas *évidemment*. Or, comme l'évidence n'existe, pour ainsi dire, jamais, l'opinion en faveur de l'autorité reste en possession. C'est sur ce fondement scolastique que S. Ignace de Loyola, dans son admirable lettre sur l'obéissance, fonde sa doctrine de la soumission du jugement à l'autorité [1]. Et S. Alphonse, complétant la même doctrine, nous dit que c'est l'amour qui doit nous faire chercher de préférence les motifs et les raisons qui militent en faveur de l'autorité.

Par là même cette règle est en même temps la plus *salutaire* pour la science.

Puisque la suspension du jugement nous préserve de cet enthousiasme prématuré, que l'engouemement des nouveautés engendre ordinairement, elle est en même temps un stimulant pour les recherches ultérieures. Et dans ce travail il faut à l'archéologue une grande dose de patience: « ut Sedes Apostolica earum veritatem et robur perpendat, SI QUANDO etc... »

(1) Soumission due encore à l'autorité, alors que les raisons des deux côtés seraient également probables. « Quia, *dit Suarez*, cum utraque pars supponatur esse probabilis, adjuncta ratione obedientiæ, pars superioris eligibilior (probabilior) fiet. »

Ne nous étonnons donc pas que les savants Bollandistes, élevés en matière d'autorité à une école aussi orthodoxe, nous montrent constamment un modèle de respect pour les règles de Benoît XIV. Quand le Père de Buck, il y a quelques années, s'écartait un moment de ses devanciers, ses confrères de France étaient les premiers à relever la faute.

C'est cette patience dans le dévouement qui caractérise l'archéologie. Cherchant et fouillant les manuscrits avec la confiance et l'ardeur que ses découvertes seront immédiatement mises en pratique, et se résignant à les voir peut-être enterrées définitivement, ou du moins à n'être utilisées que dans les siècles futurs ; défendant son système, son opinion, son hypothèse, dans l'espoir prochain de gagner son procès, et pourtant préférant céder la palme que de la remporter [1].

L'archéologue, si l'on me permet la comparaison, est pour les œuvres liturgiques ce qu'est le *Promotor fidei* pour le culte des saints. La tâche de celui-ci n'est pas d'entraver ou d'empêcher la canonisation, mais *ad ipsum pertinet difficultates excitare tum in facto tum in jure, ut veritas magis elucescat* [2] : afin que la vérité mise à l'épreuve en sorte ornée d'un nouvel éclat. Tel est aussi le but que l'archéologue doit se proposer en premier lieu dans ses recherches : non de détruire les œuvres liturgiques de l'Église, mais de les rehausser de l'auréole de son érudition. — C'est là le but vers lequel l'archéologue devra sans cesse diriger ses études, s'il veut avoir droit aux louanges et aux mérites du bon serviteur [3].

(1) « Stylum modestia christiana repressi, quem zelo veritatis acueram, vincique a Felice felicissime accidisse putavi : cedereque Ill : Ant : Sanctorio Card., qui egregie pro Felice susceperat patrocinium, me cum ipso triumphum magna gloria agere existimavi, ipsa veritate in utroque vincente. » Baronius, *Annales ecclesiastici*, A. 357, n. 63.

(2) Benoit XIV, *De Servorum Dei beatificatione*, etc., lib. I, cap. XVIII, n. 1.

(3) « Quis non admiretur diligentiam et scientiam virorum, qui hodiedum ex manuscriptis in bibliothecis dissitis antiquam et immutilatam formam sacrarum melodiarum restituere enixe laborant ?

Telles sont donc les règles, données pour la science, par le Pontife qui est appelé par euphémie le savant, Benoît XIV.

Comme conclusion finale, nous ferons remarquer avec quel droit et avec quelle justesse Rome a dû rejeter la III^e proposition du programme d'Arezzo, qui admettait indirectement comme thèse ce qu'il ne lui appartenait d'énoncer que comme hypothèse ; qui, voulant donner une édition selon la tradition et la science, en laissant de côté l'édition du S. Siège, la déclarait tacitement contraire à la tradition et dépourvue de science : jugement en dehors de sa compétence. Mais aussi honneur à ceux qui, après une faute commise, ont compris qu'il n'est jamais trop tard de la réparer !

J. BOGAERTS, C. SS. R.

Wittem, 15 avril, Patronage de S. Joseph.

Nostrum est sine dubio in isto Congressu laudare hos viros musicos, et applaudere studiis ipsorum, qui, quamvis fructus ex iis pro communi Ecclesia statim pervulgare non præsumant, nihilominus finem et utilitatem eorum coram oculis non abmittunt. Quomodo enim rationes Cantus ecclesiastici cognosci poterunt, nisi prius restituta fuerit forma cantilenarum originalis ? Quomodo leges architectonices musicæ, i. e. structuræ melodiarum ? Quomodo variæ musicales figuræ, sive simplices sive compositæ ? Quomodo diversitates tonorum ? Quomodo ipsæ regulæ cantandi ? Et si revera opus fuerit abbreviandi melodiarum nobilem prolixitatem, quomodo tuto procedere in hoc quis audebit sine accurata cognitione authenticæ formæ ipsarum melodiarum ? Quomodo futuris librorum Liturgiæ musicalium emendationibus providere quis recte poterit ? Tantum igitur abest, ut vilipendamus hæc studia vel vituperemus, ut quam maxime æstimemus et extollamus...»

*(Lettre du docteur Jacob de Ratisbonne, professeur d'esthétique, aux membres du Congrès d'Arezzo.*

# BULLE DE LÉON XIII RÉORGANISANT LE TIERS-ORDRE.

## SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

## LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

CONSTITUTIO DE LEGE FRANCISCALIUM TERTII ORDINIS SÆCULARIS.

## LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Misericors Dei Filius, qui suavi jugo et levi onere hominibus imposito, omnium vitæ et saluti consuluit, Ecclesiam a se conditam non potestatis solum sed etiam misericordiæ suæ reliquit heredem, ut parta per ipsum beneficia ad omnes sæculorum ætates eodem semper caritatis tenore propagarentur. Propterea quemadmodum in iis, quæ Jesus Christus in omni vita vel gessit vel præcepit, mitis illa sapientia et invictæ magnitudo benignitatis eluxit, sic pariter in singulis christianæ reipublicæ institutis mira quædam eminet indulgentia et lenitas, ut plane vel in hac ipsa re similitudinem Dei, qui *caritas est* [1], gerere Ecclesia videatur. Illud est autem munus pietatis hujus maternæ maxime proprium, accomodare sapienter leges, quoad fieri potest, ad tempora, ad mores, et in præcipiendo exigendoque summa semper æquitate uti. Atque hujusmodi consuetudine caritatis simul et sapientiæ efficitur, ut immutabilitatem doctrinæ absolutam et sempiternam cum prudenti disciplinæ varietate Ecclesia conjungat.

Hac Nos ratione animum et mentem Nostram in gerendo Pontificatu conformantes, officii Nostri ducimus eo, quo æquum est, judicio æstimare naturam temporum, et omnia circumspicere, ne

(1) I Joan. IV, 16.

quem difficultas deterreat ab utilium exercitatione virtutum. Et nunc quidem perpendere ad hanc normam placuit sodalitatem Franciscalium *Ordinis Tertii qui sæcularis* dicitur, diligenterque statuere num leges ejus modice temperari ob mutata tempora oporteret.

Præclarum istud Francisci patris institutum vehementer pietati christianorum commendavimus per litteras Encyclicas *Auspicato*, quas die XVII Septembris anno superiore dedimus. Dedimus autem hac voluntate atque hoc unice proposito, ut quanto plures possent, ad sanctitatis christianæ laudem invitatione Nostra tempestive revocarentur. Origo quippe est maxima et malorum quæ premunt, et periculorum quæ metuuntur, neglecta christiana virtus : alteris vero mederi, atque altera deprecari non alia homines ratione possunt, quam maturando privatim et publice ad Jesum Christum reditu, *qui salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum* [1]. Jamvero in curandis Jesu Christi præceptis instituta Franciscalia tota sunt posita : neque enim quicquam spectavit aliud auctor sanctissimus, quam ut in iis, velut in quadam palæstra, diligentius vita christiana exerceretur. Profecto Ordines Franciscales duo priores, magnarum virtutum informati disciplinis, perfectius quiddam diviniusque persequuntur : sed paucorum sunt, nempe eorum quibus Dei munere concessum est ad evangelicorum consiliorum sanctitatem singulari quadam alacritate contendere. Verum Tertius Ordo natus aptus est multitudini : et quantum possit ad mores justos, integros, religiosos, superiorum temporum monumenta et res ipsa declarat.

Auctori autem et adjutori bonorum consiliorum Deo acceptum referre debemus, quod illis cohortationibus Nostris clausæ aures populi christiani non fuerunt. Imo vero plurimis ex locis perfertur excitata erga Franciscum Assisiensem pietas, auctusque passim numerus sodalitatem Tertii Ordinis expetentium. Quapropter velut incitamenta currentibus præbituri, illuc decrevimus cogitationem intendere, unde impediri aut retardari aliquatenus posse

(1) Hebr., VII, 25.

animorum salutaris iste cursus videbatur. Et primum quidem perspeximus, Regulam Tertii Ordinis, quam Nicolaus IV Decessor Noster probavit confirmavitque Constitutione Apostolica *Supra montem* die XVIII Augusti MCCLXXXIX, non omnino iis, quibus nunc vivitur, temporibus atque moribus respondere. Hinc cum expleri suscepta officia sine molestia et labore nimio non possint, pleraque legum capita condonare sodalium precibus hactenus necesse fuit : quod quidem sine disciplinæ communis detrimento fieri non posse, facile intelligitur.

Deinde alia quoque in eadem sodalitate erat caussa, quæ Nostras sibi curas vindicaret. Nimirum Romani Pontifices Decessores Nostri Tertium Ordinem jam inde a natali suo summa benevolentia complexi, Indulgentias complures et satis amplas in expiationem admissorum sodalibus concessere. Quarum ratio effecta est annorum decursu perplexior : atque illud in contentionem sæpe veniebat, num de pontificali indulgentia certis in caussis constaret, et quo tempore, quove genere eadem uti fas esset. Certe desiderata non est Apostolicæ Sedis hac in re providentia : ac nominatim Benedictus XIV P. M. Constitutione *Ad Romanum Pontificem* die XV Martii anno MDCCLI tollendas priores dubitationes curavit : non paucas tamen, ut fere fit, denuo attulit dies.

Quamobrem hujusmodi incommodorum cogitatione adducti, ex sacro Consilio Indulgentiis sacrisque Reliquiis tuendis præposito aliquot S. E. R. Cardinales destinavimus, qui leges Tertiariorum pristinas cum cura recognoscerent ; item Indulgentias et privilegia omnia in commentarium relata examinarent : adhibitoque intelligenti judicio, hac de re ad Nos referrent, quid retinendum quidve novandum pro temporum conditione censuissent. Transacto, uti imperatum erat, negotio, ii quidem Nobis auctores fuerunt, leges veteres flecti atque accommodari ad has recentes vivendi consuetudines oportere, cum quorundam capitum immutatione nonulla. De Indulgentiis vero,ne qui relinquatur hæsitandi locus, prohibendique caussa periculi ne quid non jure fiat, arbitrati sunt, Nos ad exemplum Benedicti XIV sapienter utiliterque facturos, si revocatis abrogatisque Indulgentiis omnibus, quæ

hactenus valuerant, alias quasdem ex integro eidem sodalitio decreverimus.

Ergo quod bonum felixque sit, Dei gloriam amplificet, et pietatis virtutumque ceterarum studia magis accendat, Nos his Litteris auctoritate Nostra Apostolica Legem Franciscalium Ordinis Tertii, qui *sæcularis* dicitur, eo modo qui infra descripta est, novamus et sancimus. Quo tamen facto nihil demptum de ipsa Ordinis natura putetur ; quam omnino volumus immutatam atque integram permanere. Præterea pœnarum remissionibus, seu Indulgentiis, privilegiisque, quæ infra in indice recensentur, eosdem sodales uti posse volumus et jubemus, sublatis penitus Indulgentiis privilegiisque universis, quæ eidem sodalitio hæc Apostolica Sedes quocumque vel tempore, vel nomine, vel forma ante hanc diem concesserat.

LEX SODALIUM FRANCISCALIUM TERTII ORDINIS QUI SÆCULARIS DICITUR.

## CAP. I.

### *De Cooptatione, Tirocinio, Professione.*

§ I. Ne quos cooptari liceat, nisi majores quatuordecim annorum, eosque bene moratos, retinentes concordiæ, atque in primis sanctitate professionis catholicæ probatos, spectatoque erga Ecclesiam Romanam Sedemque Apostolicam obsequio.

§ II. Nuptæ, nisi sciente et consentiente viro, ne cooptentur, extra quam si secus videatur faciendum, auctore sacerdote conscientiæ ipsarum judice.

§ III. Adlecti in sodalitatem *scapulare* parvum unaque cingulum de more gerant : ni gesserint, statis privilegiis juribusque careant.

§ IV. Qui quæve Tertium Ordinem inierint, unum ipsum annum tirocinio exigant : mox, Ordinem rite professi, servaturos sese jura Dei, obedientes Ecclesiæ dicto futuros ; si quid in iis, quæ professi sunt, deliquerint, satis facturos singuli spondeant.

## CAP. II.

*De disciplina vivendi.*

§ I. Sodales Tertii Ordinis in omni cultu habituque, sumptuosiore elegantia posthabita, teneant eam, quæ singulos deceat, mediocritatis regulam.

§ II. Choreis ludisve scenicis procacioribus item comissationibus perquam caute abstineant.

§ III. Pastu atque potu utantur frugaliter : neve ante vel accumbant vel assurgant de mensa, quam invocato pie grateque Deo.

§ IV. Jejunium Mariæ Virgini Immaculatæ, item Francisco Patri, pridie sacra solemnia, singuli servanto : admodum laudabiles, si qui præterea vel jejunium in sextas, vel abstinentiam carnium in quartas quasque ferias servarint, disciplina veteri Tertiariorum.

§ V. Admissa rite expianto per menses singulos : item ad divinum epulum accedant per menses singulos.

§ VI. Tertiarios ex ordine Clericorum quod Psalmis quotidie dant operam, nihil præterea hoc nomine debere placet. Laici, qui nec canonicas, neu Mariales preces, vulgo *Officium parvum B. M. V.*, persolvunt, precationem Dominicam cum Salutatione Angelica et *Gloria Patri* adhibeant duodecies in dies singulos, excepto si per valetudinem non liceat.

§ VII. Quibus est testamenti factio, ii suo quisque tempore de re sua testentur.

§ VIII. In familiari vita studeant ceteros exemplo antecedere : pietatis artes, resque optimas provehere. Libros vel diaria, unde pernicies virtuti metuatur, domum suam inferri, ab iisque, qui in ipsorum potestate sint, legi ne sinant.

§ IX. Caritatem benevolam et inter se et ad alienos sedulo tueantur. Componendas, sicubi possunt, discordias curent.

§ X. Jusjurandum ne jurent unquam, nisi necessario. Turpia dictu, scurriles jocos fando fugiant. Excutiant sese vesperi, num tale quidquam temere fecerint ; si fecerint, errorem pœnitendo corrigant.

§ XI. Rei divinæ, qui commode possunt, quotidie intersint. Ad cœtus menstruos, quos Præfectus indixerit, conveniant.

§ XII. Conferant in commune pro facultate quisque sua nonnihil, unde vel tenuiores e sodalium numero, præsertim affecta valetudine, subleventur, vel divini cultus dignitati consulatur.

§ XIII. Ad sodalem ægrotantem Præfecti vel adeant ipsi, vel mittant, qui caritatis officia expleat. Idem, in morbo ancipiti, moneant, suadeant, ut quæ ad expiandum animum pertinent, ægrotus tempestive curet.

§ XIV. Ad exequias sodalis demortui sodales municipes hospitesve conveniant, simulque Mariales preces instituto Dominici Patris, id est *Rosarium*, tertiam partem ad cæleste demortui solatium adhibeant. Item sacerdotes inter rem divinam, laici, si poterunt, sumpta Eucharistia, pacem fratri defuncto sempiternam pii volentes adprecentur.

## CAP. III.

### *De officiis, de visitatione, deque ipsa lege.*

§ I. Officia, advocatis ad conventum sodalibus, deferantur. Eadem triennalia sunto. Oblata ne qui sine caussa justa recuset, neu oscitanter gerat.

§ II. Curator, qui *Visitator* audit, diligenter quæret, satisne salvæ leges. Ejus rei ergo, sodalitiorum sedes in singulos annos, eoque crebrius, si res postulaverit, pro potestate circumeat, cœtumque habeat, Præfectis sodalibusque universis adesse jussis. Si quem *Visitator* ad officium monendo jubendo revocarit, sive quid, salutaris pœnæ nomine, in quemquam decreverit, hic modeste accipiat, idemque luere ne abnuat.

§ III. *Visitatores* ex Primo Franciscalium Ordine, vel ex Ordine Tertio Regulari legantur, quos Custodes seu *Guardiani*, si id rogati fuerint, designabunt. *Visitatoris* munere laicis viris interdictum esto.

§ IV. Sodales nec obedientes et noxii iterum et tertium admoneantur officii sui : ni pareant, excedere Ordine jubeantur.

§ V. In his legibus si qui forte quid deliquerint, hoc se nomine culpam suscepturos nullam sciant, exceptis iis quæ jure divino Ecclesiæve legibus alioqui præcipiuntur.

§ VI. Si quæ hujus capita legis quemquam servare caussa gravis et justa prohibeat, eum ex ea parte lege solvi, eademve capita commutari prudenter liceat. Cujus rei Præfectis ordinariis Franciscalium et Primi Ordinis et Tertii, item *Visitatoribus* supra dictis facultas potestasque sit.

### INDEX INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM.

## CAP. I.

*De indulgentiis plenariis.*

Tertiariis ex utroque sexu singulis, qui admissorum confessione ritu christiano expiati sacram Eucharistiam sumpserint, Indulgentiam plenariam consequendi jus sit, diebus et caussis quæ infra scriptæ sunt :

I. Die aditiali :

II. Quo die singuli Ordinem primitus profitentur :

III. Quo die ad concionem menstruam seu *Conferentiam* conveniunt, si modo templum aliquod publicumve sacrarium pietatis caussa adierint, remque christianam Deo de more commendaverint :

IV. Die IV Octobris, natalis Francisci Patris legiferi : die XII Augusti, natali Claræ Virginis legiferæ : die II Augusti, festo Mariæ Angelorum reginæ ob Basilicam ejus dedicatam : item quo die solemnia anniversaria aguntur Sancti cælitis, in cujus templo sedes est sodalitii constituta, si modo ipsum templum pietatis caussa celebraverint, remque christianam Deo de more commendaverint :

V. Semel per menses singulos, quo die cuique placuerit, si modo templum aliquod publicumve sacrarium pietatis caussa adierint, et aliquandiu ad mentem Pontificis maximi obsecrando perstiterint :

VI. Quoties, potioris vitæ studio, per octo dies continuos statis animi meditationibus operam daturi secesserint :

VII. Item morituris, si sanctum salutare nomen Jesu aut voce, aut, si loqui posse desierint, voluntate imploraverint. Iidem eodem jure fruantur, si nec compotes sacra Confessione atque Eucharistia, animi dolore culpas expiaverint.

VIII. Bis in anno *Benedictionem summi Pontificis nomine accepturis*, si ad mentem ipsius Pontificis Deo aliquandiu supplicaverint : itemque, hac ipsa supplicandi lege, accepturis quam appelant *Absolutionem*, hoc est *Benedictionem*, per hos dies qui infra scripti sunt : I. Natali Domini Nostri Jesu Christi : II. die solemni Paschatis Resurrectionis : III. die solemni Pentecostes : IV. in festo Sanctissimi Cordis Jesu : V. item Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis ; VI. Josephi sponsi ejus die XIX martii : VII. Impressionis SS. Stigmatum Francisci Patris die XVII Septembris : VIII. Ludovici regis Galliarum, Patroni cælestis salutaris sodalium ex Tertio Ordine die XXV Augusti : IX. Elisabeth Hungaricæ die XIX Novembris.

IX. Item semel in mense, si *Pater*, *Ave* et *Gloria Patri* quinquies pro incolumitate rei christianæ, semel ad mentem Pontificis maximi recitaverint, ii jure omni ad expiandas animi labes fruantur, quo fruuntur, et qui stativa in Urbe supplicia obeunt, et qui Portiunculam, Hierosolymitana loca sanctissima, ædem Jacobi Apostoli Compostellensem, religionis caussa, celebrant.

X. Quibus diebus stativæ supplicationes in Missali Romano designantur, si templum sacrariumve, in quo sedes est sodalitii constituta, adierint, remque christianam Deo de more commendaverint, in eodem templo sacrariove per eos ipsos dies amplissimo jure fruantur, quo in Urbe cives hospitesve fruuntur.

## CAP. II.

### *De indulgentiis partialibus.*

I. Tertiariis ex utroque sexu singulis, si templum sacrariumve, in quo est sedes sodalitii constituta, celebraverint, Deoque pro rei

christianæ incolumitate supplicaverint quo die sacra Stigmata Francisco Patri divinitus impressa sunt, item festo sanctorum Ludovici regis, Elisabeth reginæ Lusitaniæ, Elisabeth Hungaricæ, Margaritæ Cortonensis, itemque aliis duodecim diebus, quos singuli maluerint et Præfectus Ordinis probarit, ea supplicatio septennis septiesque quadragenæ satisfactionis instar sit.

II. Quoties Missæ aliisve divinis officiis, vel sodalium conventibus publicis privatisve interfuerint : inopes hospitio acceperint : dissidia composuerint, componendave curarint : in pompam rite ductam prodierint : Sacramentum Augustum, cum circumfertur, vel comitati sint, vel, si comitari nequiverint, ad campani æris signum precationem Dominicam cum Salutatione Angelica semel recitaverint : quinquies precationem et salutationem eamdem recitaverint rei christianæ, vel animabus sodalium defunctorum Deo commendandis : hominem mortuum extulerint : devium quemquam ad officium reduxerint : Dei præceptis ceterisque ad salutem necessariis quempiam erudierint : aut aliud quippiam ex hoc genere caritatis egerint, toties singulis eorum, harum rerum singularum caussa, tercentos de pœnalium dierum expungere liceat.

Tertiariis, si malint, omnibus et singulis indulgentiis supra dictis, sive *plenariis* sive *partialibus*, labes pœnasque defunctorum expiare liceat.

## CAP. III.

### *De privilegiis.*

I. Sacerdotibus ex ordine Tertiariorum ad quodlibet altare facientibus, tribus ex qualibet hebdomade diebus, perlitare fas sit, modo ne similem perlitandi facultatem in alium diem impetraverint.

II. Qui sacrum fecerit animabus sodalium defunctorum expiandis, is ubicumque veniæ defuncto impetrandæ perlitato.

Atque hæc omnia et singula, uti supra decreta sunt, ita firma, stabilia, rata in perpetuum esse volumus : non obstantibus Con-

stitutionibus, Litteris Apostolicis, statutis, consuetudinibus, privilegiis, aliisque Nostris et Cancellariæ Apostolicæ regulis, et contrariis quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat has Litteras Nostras ullo modo, ullave ex parte violare. Si quis autem adversus eas tale quicquam ausit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo octingentesimo octogesimo tertio, III Kalendas Junias, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C. CARD. SACCONI Pro-Datarius.
TH. CARD. MERTEL.

Visa

De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus

*Loco ✠ Plumbi*

*Reg. in Secret. Brevium*

I. CUGNONIUS.

# DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES

## PROCLAMANT S. VINCENT DE PAUL PATRON DE TOUTES LES CONFÉRENCES ET SOCIÉTÉS DE CHARITÉ, POUR LA FRANCE.

### GALLIARUM.

Præclarum misericordiæ erga pauperes exemplar et christianæ caritatis operibus late provehendis veluti ducem insignem dedit Divina Providentia Sanctum Vincentium a Paulo, qui ad hoc omnibus omnia factus pertransiit benefaciendo, et Presbyteros a se institutæ Congregationis Missionis, Puellasque a caritate nuncupatas sui spiritus uti hæredes effecit. Hisce dein sese adjunxerunt laici perplures, qui eodem beneficientiæ amore acti, Vincentii patrocinio suffulti in pauperum et infirmorum sublevationem eximia misericordiæ tam spiritualis quam corporalis opera, nullis neque laboribus, neque curis, neque impensis parcendo, alacriter aggressi sunt.

Ex quibus derivavit illud insigne Sodalitium vulgo *Conferentiæ* vocatum, quod anno MDCCCXXXIII Parisiis ortum, fere orbem, quo catholicum pervenit nomen, mirifice diffusum est, uberesque edidit salutares fructus. Itaque hujusce Sodalitii Socii annum quinquagesimum a fundatione sua modo recolere gestientes sibi in votis etiam esse significarunt, ut Sanctus Vincentius, quem jam proprio veluti jure tamquam magistrum et protectorem habent, Apostolicæ Sedis auctoritate sibi daretur et constitueretur. Hisce votis sua conjungentes Rmi diocesium Gallicarum Præsules a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII idipsum efflagitarunt favore omnium hujusmodi Societatum caritatis operibus in Galliæ regionibus incumbentium. Sanctitas porro Sua, referente

subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, preces istas et postulata peramanter excipiens, Sanctum Vincentium a Paulo ceu peculiarem Societatum omnium caritatis ab eodem, ut supra, quomodocumque promanantium, earum scilicet tantum quæ in Galliæ ditione vigent, apud Deum Patronum declarare et constituere dignata est : jussitque præterea de hoc Apostolicas litteras in forma Brevis expediri. Die 25 Aprilis 1883.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. Præfectus.

LAURENTIUS SALVATI *S. R. C. Secretarius.*

## CONSULTATION I.

1°) N. Medicus catholicus in partibus hæreticorum (supp. protestantium) degens, cum apud ægrotos hæreticos suum officium implet, sæpe ab horum familiaribus expetitur, num jam tempus instet advocandi religionis ministrum, qui morituris adjumenta religiosa conferat. Novit medicus ille se non posse ullo modo, neque sua sponte, neque etiam interrogatum, alios adducere ad religionem falsam exercendam : si renuat respondere familiaribus ut supra petentibus, vel si respondeat hæreticas praxes despiciendo, clientibus suis vale dicere cogetur, et sic detrimentum magnum patietur, imo ad statum paupertati proximum adducetur. Ideo semper taliter interrogantibus respondet rem ad se non pertinere : nihilominus monet de periculo mortis instante, adeo ut si quædam a morituro, vel inter moriturum et familiares ejus statuenda sint (v. gr. si testamentum condendum sit), jam tempus adesse intelligant. Hæc est ejus praxis, quam nullo modo reprehensibilem judicat, adeoque semper servat.

2°) Cum autem sit vir valde religiosus, et maxime doleat de indifferentismo, deque impietate in qua nonnulli ex hac vita nostris temporibus discedunt, miseros hæreticos morientes comparat cum morientibus impiis (libres-penseurs), qui, rejecta omni cogitatione de Deo, omnique praxi religiosa neglecta, supremum diem obeunt : et exinde cogitat melius esse forsan, hæreticos illos, dummodo in bona fide versentur, adjumentis religionis suæ, licet falsæ, suffultos mori, quam omni ope religiosa destitutos : fidem habent in Deum, imo et in Jesum-Christum Deum-Hominem, Redemptorem, et sic generali modo christiani nuncupantur; et quoad errores suos, in bona fide forsan versantur ; non volunt mori sicut impii illi. Hæc et talia apud se revolvit medicus noster. Quærit autem :

1°) An praxis, quam tenuit hucusque, bona sit ?

2°) Quid, si degeret in partibus catholicorum, et vocaretur apud hæreticos ægrotantes in istis partibus? An aliquid in praxi illa mutandum sit?

3°) Quid judicandum de illis quæ mente revolvit medicus? An in casu illo posset advocare ministrum hæreticum qui morituro assistat, vel curare ut advocetur, ne ægrotus moriatur sicut moderni impii, absque ullo ritu religioso, vel saltem absque ullo adhortamento religioso?

4°) Quid facere debent catholici assistentes moribundo hæretico, dum minister hæreticus officium suum peragit?

Resp. ad i. Le médecin en question peut, en toute sûreté de conscience, persévérer dans la pratique qu'il a suivie jusqu'à ce jour. Il n'y a, dans cette manière de faire, aucune coopération à l'exercice du culte hérétique.

Nous ne voyons même pas pourquoi le médecin ne pourrait répondre directement à la demande des domestiques, qu'il est temps que le malade reçoive les secours religieux, du moment qu'il ne conseille pas d'appeler le ministre hérétique. Sa coopération, si toutefois on tient à voir une véritable coopération, est tellement éloignée, que des motifs beaucoup moins graves que ceux de notre médecin, suffiraient pour la légitimer.

Ad ii. Nous donnons à cette question la même réponse qu'à la précédente.

Ad iii. Il y a du vrai dans les réflexions du médecin; car, en réalité, l'assistance d'un ministre, même hérétique, offre au malade des chances de salut, qui ne se rencontrent point à la mort d'une personne qui refuse tout secours religieux. Mais il est une autre conclusion à laquelle notre médecin devrait arriver : ce serait de prévenir le malade de la gravité de son état, et de lui proposer l'assistance d'un ministre de la vraie religion. S'il y con-

sent, qu'il lui envoie un prêtre catholique, en prévenant celui-ci que le malade est un dissident. De la sorte le médecin remplira parfaitement son devoir.

Si le malade rejette la proposition du médecin, ou lui déclare qu'il veut être assisté par un ministre de sa secte, le médecin aura soin de ne pas se charger d'en appeler un ; il laissera le malade donner ses ordres à d'autres pour faire venir son ministre. En se chargeant d'en chercher un, ou en prêtant ses soins à cette fin, le médecin poserait un acte de coopération assez prochain à l'exercice d'un culte mauvais en soi, coopération condamnable et réprouvée par une décision de la S. Congrégation de l'Inquisition que nous citerons tout à l'heure.

Ad iv. Les catholiques, qui seraient présents dans une semblable circonstance, ne peuvent prendre aucune part aux cérémonies religieuses qu'exercerait le ministre hérétique. Il y aurait là une communication dans les rites sacrés d'un culte hérétique ; ce qui n'est jamais permis. « Certum est, *écrit le Cardinal de Lugo*, non posse nos cum hæreticis communicare in ritibus propriis sectæ hæreticæ; quia hoc esset contra præceptum confessionis fidei, et contineret implicitam professionem erroris [1]. » Ces personnes devraient donc rester étrangères à ces cérémonies. C'est aussi ce qui résulte d'une décision de la S. Congrégation de l'Inquisition, rendue le 15 mars 1848, dans les termes suivants :

Beatissime Pater,

D. N. Sanctitati Vestræ humiliter exponit, quod in civitate M. existat hospitium, cujus ipse Rector et Cappellanus est, ac in quo infirmorum curam gerunt Moniales dictæ N. N. Cum autem

(1) *Tractatus de virtute fidei divinæ*, disp. xxii, n. 10.

Cette clause a donné lieu à de nombreuses décisions. Le Saint-Siège l'a d'abord entendue strictement, et a maintes fois répondu que la faculté de dispenser n'était applicable que dans les villages mêmes où le nombre des infidèles surpassait celui des chrétiens. Sur l'exposé des graves inconvénients qui résultaient d'une interprétation aussi rigoureuse, il a donné sanation *in radice* de tous les mariages nuls contractés dans le passé, et déclaré qu'à l'avenir ces termes seraient suffisamment vérifiés, *si in tota toparchia plures essent infideles quam christiani*[1].

29. — Nous avons déjà constaté que cette clause est supprimée dans l'indult accordé pour les Missions de l'Afrique centrale; ces missions sont de création récente, et il n'y a presque que des infidèles. Les pouvoirs des Évêques d'Amérique ne comprennent pas non plus cette restriction ; il est probable que ces Évêques usent de leur indult moins pour des sauvages idolâtres que pour des hérétiques appartenant à ces sectes issues du Protestantisme, qui ne baptisent plus ou baptisent d'une manière certainement invalide.

30. *Exceptis Italis, de quibus non constet Italicum domicilium omnino deseruisse.* — Les indults actuels (moins celui qui concerne les missions de l'Afrique centrale) contiennent tous cette clause. Un décret du 30 août 1865 a imposé cette restriction à tous les Ordinaires qui dispensent *vi indulti* de la religion mixte, et on a évidemment appliqué la même règle aux indults qui concernent la disparité de culte ; c'est une preuve de plus de la connexité que le Saint-Siège établit entre ces deux dispenses. Nous

(1) *Ibid.*, n. 894, pag. 391.

renvoyons l'explication de la clause à l'article second.

31. *Atque excepto insuper casu matrimonii cum viro vel muliere Judæis.* — La faculté accordée aux Évêques d'Amérique contient seule cette restriction ; il n'était pas inutile de la faire, parce que le cas peut se rencontrer en Amérique.

Le Saint-Siège a des rigueurs particulières contre les Juifs, parce que les dangers sont plus grands que vis-à-vis de tout autre infidèle ; les Juifs ont la haine du nom chrétien. Aussi la dispense de disparité de culte n'est-elle jamais accordée, quand la partie infidèle est israélite, à moins de circonstances telles qu'il soit, pour ainsi dire, impossible de la refuser [1]. Il y a peu de temps encore, le Saint-Siège refusait cette dispense, même après le mariage civil contracté ; il s'est cependant relâché de cette rigueur, en considérant, sans doute, l'impossibilité de rompre ces unions, et l'obligation de cohabiter que le code civil impose à la femme. Caillaud raconte [2] qu'après deux refus essuyés en 1848 et 1852, il a obtenu une dispense pour une catholique mariée civilement avec un juif. Les discussions sur la loi du divorce ont amené les journaux à nous révéler qu'un député, israélite, s'est marié civilement avec une catholique, et que celle-ci, après la naissance d'un premier enfant, a obtenu une dispense *in radice*. Voici le texte d'un rescrit de dispense accordée en 1881, après deux ans passés dans une union purement civile ; cette fois, c'était le mari qui était catholique.

Feria V loco IV, 2ª Decembris 1881.

SSmus D. N. D. Leo divina Providentia Papa XIII, per facul-

(1) Cf. Perrone, *de Mat. christ.*, tom. II, pag. 333.
(2) *Man. des disp.*, n. 15.

tates **R. P. D.** Assessori S. Officii impertitas, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiæ Dmni Ordinarii N......, qui curet ut mulier instruatur, et baptizetur, et quatenus renuat, dispensare valeat intra fines suæ diœcesis, facta etiam facultate subdelegandi, si opus fuerit, N.... N.... oratorem catholicum super impedimento disparitatis cultus, ut valide ac legitime matrimonium contrahere possit cum Israelita N. N., dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis, præsertim de amovendo a catholico conjuge perversionis periculo, de conversione conjugis israeliticæ ab illo pro viribus curanda, et de universa prole utriusque sexus in catholicæ religionis sanctitate omnino educanda. Ante vero matrimonium, si fieri poterit absque gravi damno, sponsi separentur aliquo tempore arbitrio ejusdem Dmni Ordinarii, ut pars catholica rite disponatur ad recipiendam Dei gratiam. Contrariis non obstantibus quibuscumque. In reliquis stet Instructioni alias datæ.

J'ai rapporté à dessein ce rescrit, en tout semblable aux rescrits expédiés pour la religion mixte, afin de faire remarquer une fois de plus que les deux dispenses sont soumises aux mêmes règles. Je ne m'arrête pas à le commenter; le lecteur saura bien appliquer ce qui sera dit dans la seconde partie de la dissertation.

32. *Durée, renouvellement des facultés, subdélégation*, etc. — Cet exposé ne serait pas complet, si nous n'ajoutions quelques mots sur des points d'ailleurs secondaires, et sur de légères différences qui distinguent les indults actuels.

1° Rappelons pour mémoire un premier détail : ces indults ne sont pas accordés pour le même laps de temps. Nous avons indiqué plus haut la durée de chacun.

2° Le pouvoir de subdéléguer n'est pas accordé avec la même extension. Les Évêques d'Amérique ne peuvent

déléguer leurs Vicaires généraux qu'en cas d'absence, *quoties ultra diem a propria residentia abesse debent ;* les Vicaires généraux ne sont pas autorisés à subdéléguer ; et deux ou trois prêtres seulement, choisis dans les lieux les plus éloignés du diocèse, peuvent recevoir de l'Évêque faculté de dispenser pour un certain nombre de cas urgents, dans lesquels le recours à l'Évêque est impossible ; une faculté plus ample a été demandée et refusée [1]. Les autres indults permettent de déléguer tous les prêtres ou missionnaires soumis à la juridiction du Vicaire Apostolique ; et même les Vicaires Apostoliques de Chine et des royaumes adjacents peuvent se choisir un pro-vicaire ou coadjuteur qui aura leurs pouvoirs avec faculté de subdéléguer.

3° Les Évêques d'Amérique sont obligés, à chaque renouvellement de leur indult, à rendre compte au Siège Apostolique des dispenses accordées. Les autres indults n'imposent pas cette obligation.

4° Tous les indults prescrivent d'accorder la dispense gratuitement ; cependant, les Évêques d'Amérique peuvent demander une aumône convenable à employer en œuvres pies à leur choix.

33. *Rapt uni à la disparité de culte.* — L'application des indults a donné lieu à une dernière question. Nous avons exposé la coutume de l'Inde et ses inconvénients pour la liberté des mariages, surtout le droit qui en résulte pour le fiancé sur la jeune fille qui lui a été promise dès ses premières années. Or, on sait la loi du Concile de Trente sur le rapt : « Inter raptorem et raptam, quamdiu

(1) Inst. de la Propag. du 24 janv. 1868, *circa postulata a Patribus Concilii Plenarii Baltimorensis*, n. IV (*Collectio Lacensis*, vol. III, pag. 384).

ipsa in potestate raptoris existit, nullum posse consistere matrimonium [1]. » On sait, en outre, que la loi du Concile de Trente est devenue une condition des facultés dites *ordinaires* que la Propagande expédie aux Évêques : toutes les formules portent expressément la clause : « Dummodo mulier non fuerit rapta, aut, si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat [2]. »

Cette clause a-t-elle jamais été insérée dans les facultés *extraordinaires* en vertu desquelles les Missionnaires dispensent de la disparité de culte ? Giovine l'affirme [3], mais il est permis de récuser son témoignage ; car il est certainement mal renseigné sur les indults actuels, sa phrase allant jusqu'à dire que la clause s'y trouve encore, ce qui n'est pas exact. La suite de cette discussion va même démontrer que cette clause est supprimée depuis longtemps.

Du reste, il semble bien que l'insertion ou l'omission de cette clause dans les indults ne tranche point la difficulté. La loi du Concile de Trente est là, et elle suffit pour que la condition soit obligatoire, même quand elle n'est pas exprimée. De plus, la pratique du Saint-Siège est connue : la Daterie insère dans tous les Brefs de dispense les mots , « Dummodo dicta N..... (oratrix) propter hoc rapta non fuerit, » et oblige ainsi à mentionner le rapt dans la supplique ; et, quand le rapt est exprimé, elle ne manque pas de dire : « Dummodo dicta N.... a præfato N.... (oratore) separata et in loco tuto et libero constituta existat. » Or, l'Ordinaire qui dispense par indult est tenu de suivre les

(1) Sess. XXIV, *de ref. matr.*, c. 6.

(2) *Disp. matr.*, n. 111.

(3) *De disp. matr.*, tom. I, consult. XIV, § 236, n. 1.

règles et la pratique du Saint-Siège : il faut donc conclure que la clause en question est toujours obligatoire.

Les missionnaires s'y sont trompés à une certaine époque, et le Vicaire Apostolique du Sutchuen a déféré la difficulté à la Propagande. Voici comment la Propagande résume son exposé [1] :

« An Missionarii dispensare possint, in impedimento disparitatis cultus, cum muliere fideli,quamvis rapta fuerit nec loco tuto reddita, dummodo ipsa libere in matrimonium consentiat ? »

Nous disons que la supplique a été résumée ; c'est, du reste, une pratique fréquente, et aucun de ceux qui ont souvent recours aux Congrégations Romaines ne sera surpris de cette affirmation. Nous en trouvons la preuve dans ce fait, que la réponse du Saint-Siège contient une sanation *in radice* des mariages déjà contractés, et nuls pour la non observation de la clause. Cette sanation n'eût point été accordée, si elle n'avait été demandée ; il est donc assez probable que le Vicaire Apostolique aura dit qu'on s'était fondé jusque-là sur l'omission de la clause *dummodo mulier rapta non fuerit*, etc., dans les facultés extraordinaires, pour conclure que la condition n'était pas obligatoire, et qu'on avait accordé des dispenses sans en tenir compte. Nous avons déjà eu l'occasion de constater dans la *Nouvelle Revue Théologique* [2] combien cet argument est trompeur ; cette fois encore, la Propagande, après l'avoir cependant rappelé en tête de sa réponse, a hésité à l'adopter. Cependant, on devine aisément, quand même le Vicaire Apostolique ne les eût pas exposées, les difficultés

(1) *Collect. dec. S. Sedis ad usum Miss.*, n. 891, pag. 390.
(2) Voir la Dissertation publiée ci-dessus, pag. 36 sq., n. 10-14.

que devaient rencontrer les Missionnaires : comment réclamer, sans s'exposer aux inconvénients les plus graves, et comment obtenir d'un infidèle, auquel la loi de son pays donne tout droit, que sa fiancée sorte de la maison de ses parents et se retire en un lieu pleinement indépendant? Aussi la Propagande, sans trancher la question théorique, a cru devoir recourir à l'autorité suprême du Souverain Pontife, et provoquer une déclaration qui, pour les mariages entre chrétiens et infidèles, supprime la partie positive du décret de Trente, et réduit l'empêchement de rapt aux termes du droit naturel, c'est-à-dire, n'exige pour la validité que le libre consentement de la suppliante [1].

S. C. DE PROP. F. Cum in Decreto facultatis extraordinariæ, quæ ad tempus concedi solet Episcopis Vicariis Ap. Indiarum orientalium, dispensandi super impedimento disparitatis cultus, omissa sit clausula quæ in aliarum facultatum formulis apposita legitur : *Dummodo mulier rapta non fuerit, vel, si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat*, hoc ipso concessum videtur quod non est in concedentis Decreto restrictum. Cum tamen etiam de vi hujusce facultatis extraordinariæ dubium exortum sit inter Sinenses, ne suspensi maneant animi de valore matrimonii, responderunt EE. PP. in proposito casu supplicandum Sanctissimo, ut dignetur declarare Episcopos et Vicarios Apostolicos, quibus concessa est extraordinanaria illa facultas dispensandi super disparitate cultus, uti ea valere, gravibus de causis, in singulis casibus prout in dicto Decreto exprimitur, etiam in casu quo mulier rapta fuerit, necdum tuto loco restituta, constito ante de libero ejus consensu in matrimonium, et præhabito partis infidelis consensu in cohabitationem absque contumelia Creatoris. Insuper, ut pro tranquillandis conscientiis dignetur Sanctitas Sua convalidare ad cautelam, et quatenus opus sit, matrimonia vi præcedentium dispensationum ante con-

(1) *Collect. etc.*, n 891, p. 390.

tracta, existente muliere in potestate raptoris, quatenus nullum aliud obstet impedimentum dirimens. — Sanctitas Sua utrique supplicationi dignata est benigne annuere. 31 Januarii 1796.

Une question analogue avait été posée sur le mariage avec un apostat ; la même réponse a été faite :

An sit concedenda facultas a Missionario petita, convalidandi matrimonia mulierum fidelium cum apostatis contracta, seu per vim, seu post raptum, et antequam ipsæ loco tuto redditæ fuerint? — S. C. de Prop. F. — Consulendum Sanctissimo pro concessione petitæ facultatis, dummodo fides mulierum sit in tuto, ipsæ libere consentiant ac possint habitare cum apostata sine contumelia Creatoris. — Sanctitas Sua benigne dignata est petitam facultatem concedere. — Hac porro dispensatione concedenda sedulo Pastor mulierem admonere non omittet de gravi obligatione qua tenetur omni ope curare ut per bonam conversationem virum apostatam a suscepta impietate revocatum Christo lucrifaciat, tum et suscepta proles in Christiana religione rite instituatur.

Ces déclarations concernent donc seulement les dispenses de disparité de culte et de religion mixte nécessaires pour les mariages des chrétiens avec des infidèles ou des apostats. La clause : *dummodo mulier non fuerit rapta, vel, si rapta, in potestate raptoris non existat*, reste obligatoire pour les missionnaires eux-mêmes, quand ils dispensent, en vertu de leurs indults, de tout autre empêchement, par exemple du 1er degré d'affinité, du 2e degré, etc., et *a fortiori* pour les Évêques de nos contrées, quand bien même cette clause ne serait pas formellement exprimée ; du moins, la pratique contraire est loin d'être sûre.

J. PLANCHARD, *Vic. gén. d'Angoulême.*

---

# ENCYCLIQUE DE S. S. LÉON XIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Supremi Apostolatus officio quo fungimur et longe difficili horum temporum conditione quotidie magis admonemur ac propemodum impellimur, ut quo graviores incidunt Ecclesiæ calamitates, eo impensius ejus tutelæ incolumitatique consulamus. Quapropter, dum, quantum in Nobis est, modis omnibus Ecclesiæ jura tueri, et quæ vel impendent vel circumstant pericula antevertere et propulsare conamur, assidue damus operam cælestibus auxiliis implorandis, quibus effici unice potest, ut labores curæque Nostræ optatum sint exitum habituræ. — Hanc ad rem nihil validius potiusque judicamus, quam religione et pietate demereri magnam Dei Parentem MARIAM Virginem, quæ pacis nostræ apud Deum sequestra et cælestium administra gratiarum, in celsissimo potestatis est gloriæque fastigio in cœlis collocata, ut hominibus ad sempiternam illam civitatem per tot labores et

pericula contendentibus patrocinii sui subsidium impertiat. — Itaque proximis jam anniversariis solemnibus, quibus plurima et maxima in populum christianum per Marialis *Rosarii* preces collata beneficia recoluntur, preces hasce ipsas singulari studio toto orbe catholico adhiberi Magnæ Virgini hoc anno volumus, quo Ipsa conciliatrice, divinum Ejus Filium nostris placatum et mitigatum malis feliciter experiamur. Has igitur litteras ad Vos, Venerabiles Fratres, dandas censuimus, ut, cognitis consiliis Nostris, populorum pietas ad ea religiose perficienda vestra auctoritate studioque excitetur.

Præcipuum semper ac solemne catholicis hominibus fuit in trepidis rebus dubiisque temporibus ad Mariam confugere et in materna Ejus bonitate conquiescere. Quo quidem ostenditur certissima non modo spes, sed plane fiducia, quam Ecclesia catholica semper habuit in Genitrice Dei jure repositam. Revera primævæ labis expers Virgo, adlecta Dei Mater, et hoc ipso servandi hominum generis consors facta, tanta apud Filium gratia et potestate valet, ut majorem nec humana nec angelica natura assecuta unquam sit, aut assequi possit. Cumque suave Ipsi ac jucundum apprime sit, singulos suam flagitantes opem juvare ac solari ; dubitandum non est, quin Ecclesiæ universæ votis adnuere multo libentius velit ac propemodum gestiat.

Hæc autem tam magna et plena spei in augustam cœlorum Reginam pietas luculentius emicuit, cum errorum vis late serpentium, vel exundans morum corruptio, vel potentium adversariorum impetus militanten Dei Ecclesiam in discrimen adducere visa sunt. — Veteris et recentioris ævi historiæ, ac sanctioris Ecclesiæ fasti publicas privatasque ad Deiparam obsecrationes et vota commemorant, ac vicissim præbita per Ipsam auxilia partamque divinitus tranquillitatem et pacem. Hinc insignes illi tituli, quibus Eam catholicæ gentes christianorum Auxiliatricem, Opiferam, Solatricem, bellorum Potentem, Victricem, Paciferam consalutarunt. Quos inter præcipue commemorandus solemnis ille ex Rosario ductus, quo insignia Ipsius in universum christianum nomen beneficia ad perpetuitatem consecrata sunt. —

Nemo vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, quantum laboris et luctus, sæculo duodecimo exeunte, sanctæ Dei Ecclesiæ intulerint Albigenses hæretici, qui recentiorum Manichæorum secta progeniti, australem Galliæ plagam atque alias latini orbis regiones perniciosis erroribus repleverant; armorumque terrorem circumferentes, late dominari per clades et ruinas moliebantur. Contra hujusmodi teterrimos hostes virum sanctissimum, ut nostis, excitavit misericors Deus, inclitum scilicet Dominicani Ordinis parentem et conditorem. Is integritate doctrinæ, virtutum exemplis, muneris apostolici perfunctione magnus, pugnare pro Ecclesia catholica excelso animo aggressus est, non vi, non armis, sed ea maxime precatione confisus, quam sacri Rosarii nomine ipse primus instituit, et per se, per suos alumnos longe lateque disseminavit. Dei enim instinctu ac numine sentiebat futurum, ut ejus precationis ope, tanquam validissimo instrumento bellico, victi hostes profligatique vesanam impietate audaciam ponere cogerentur. Quod reipsa evenisse compertum est. Etenim eam orandi ratione suscepta riteque celebrata ex institutione Dominici Patris, pietas, fides, concordia restitui, hæreticorum molitiones atque artes disjici passim cœpere : ad hæc, plurimi errantes ad sanitatem revocati, et catholicorum armis, quæ fuerant ad vim propulsandam sumpta, impiorum compressus furor.

Ejusdem precationis efficacitas et vis mirabiliter etiam perspecta est sæculo decimo sexto, cum ingentes Turcarum copiæ Europæ prope universæ superstitionis et barbariæ jugum intentarent. Quo tempore sanctus Pius V, Pontifex Maximus, excitatis ad communium rerum tutelam principibus christianis, omni studio in primis egit ut potentissima Mater Dei, per Rosarii preces implorata, nomini christiano volens propitia succurreret. Nobilissimum sane spectaculum per eos dies cœlo terræque exhibitum omnium in se mentes animosque convertit. Hinc enim Christi fideles non procul a Corinthiaco sinu vitam et sanguinem pro religionis patriæque incolumitate fundere parati, hostem interriti opperiebantur ; illinc inermes pio supplicantium agmine, Mariam inclamabant, Mariam ex Rosarii formula iteratis vicibus

consalutabant, ut certantibus adesset ad victoriam. Adstitit exorata Domina; nam commissio ad Echinadas insulas navali prælio, christianorum classis, sine magna suorum clade, fusis cæsisque hostibus, magnifice vicit. Quare idem sanctissimus Pontifex in accepti beneficii memoriam, anniversarium tanti certaminis diem honoris Mariæ Victricis festum haberi voluit : quem Gregorius XIII titulo Rosarii consecravit.

Simili modo, superiore sæculo, semel ad Temesvariam in Pannonia, semel ad Corcyram insulam nobilis est de Turcarum copiis victoria reportata : idque sacris Magnæ Virgini diebus, precibusque pio Rosarii ritu ante persolutis. Quæ res Clementem XI Decessorem Nostrum adduxit ut grati animi ergo, solemnem Deiparæ a Rosario honorem quotannis habendum tota Ecclesia decreverit.

Igitur cum sacra hæc precandi formula tantopere Virgini grata esse dignoscatur, eaque ad Ecclesiæ populique christiani defensionem et ad divina beneficia publice privatimque impetranda apprime conferat ; mirum non est, eximiis eam præconiis alios quoque Decessores Nostros efferre atque augere studuisse. Sic Urbanus IV *quotidie per Rosarium christiano populo bona provenire* testatus est. Sixtus IV hunc orandi ritum *ad honorem Dei et Virginis, et ad imminentia mundi pericula propulsanda opportunum;* Leo X *adversus hæresiarchas et gliscentes hæreses institutum ;* et Julius III *romanæ Ecclesiæ decorem* dixerunt. Itemque de eo Sanctus Pius V, *hoc*, inquit, *orandi modo evulgato, cœpisse fideles iis meditationibus accensos, iis precibus inflammatos, in alios viros repente mutari, hæresum tenebras remitti, et lucem catholicæ fidei aperiri*. Demum Gregorius XIII, *Rosarium a beato Dominico ad iram Dei placandam et Beatæ Virginis intercessionem implorandam fuisse institutum.*

Hac Nos cogitatione, exemplisque Decessorum Nostrorum permoti, opportunum omnino censemus solemnes hoc tempore supplicationes ob eam caussam institui, ut invocata per Rosarii preces Virgine augusta, parem necessitatibus opem a Jesu Christo ejus Filio impetremus. — Perspicitis, Venerabiles Fratres, Ec-

clesiæ labores dimicationesque diuturnas et graves, Christianam pietatem, publicam morum honestatem, fidemque ipsam, quæ summum est bonum virtutumque ceterarum principium, majoribus quotidie periculis videmus oppositam. Item difficilem conditionem variosque angores Nostros non modo cognoscitis, sed facit caritas vestra ut quadam Nobiscum societate et communione sentiatis. Miserrimum autem est, ac longe luctuosissimum, tot animas Jesu Christi sanguine redemptas, quodam aberrantis sæculi veluti correptas turbine, præcipites in pejus agi atque in interitum ruere sempiternum. Igitur divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus ad publica sananda vulnera Marialis Rosarii usum invexit. Ille vero cœlesti pervidit lumine, ætatis suæ malis remedium nullum præsentius futurum, quam si homines ad Christum, qui *via, veritas et vita* est, salutis per Eum nobis partæ crebra commentatione rediissent ; et Virginem illam, cui datum est *cunctas hæreses interimere*, deprecationem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostræ mysteria ordine recolerentur, et huic meditanti officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interjecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Jesu Christi. Nos igitur haud absimili malo idem quærentes remedium, non dubitamus, quin eadem hæc a beatissimo viro tanto cum orbis catholici emolumento inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates.

Quamobrem non modo universos christianos enixe hortamur, ut vel publice vel privatim in sua quisque domo et familia pium hoc Rosarii officium peragere studeant et non intermissa consuetudine usurpent, sed etiam INTEGRUM ANNI LABENTIS OCTOBREM MENSEM cœlesti Reginæ a Rosario sacrum dicatumque esse volumus. — Decernimus itaque et mandamus, ut in orbe catholico universo hoc item anno solemnia Deiparæ a Rosario peculiari religione et cultus splendore celebrentur ; utque a prima die proximi octobris ad secundam subsequentis novembris, in omnibus ubique curialibus templis, et si Ordinarii locorum utile atque

opportunum judicaverint, in aliis etiam templis sacrariisve honori Deiparæ dedicatis, quinque saltem Rosarii decades, adjectis Litaniis Lauretanis religiose recitentur : optamus autem ut ad has preces conveniente populo, eodem tempore vel sacrum ad altare fiat, vel Sacramento augusto ad adorandum proposito, sacrosancta deinceps hostia pius supplicantium cœtus rite lustretur. — Magnopere probamus, sodalitates a Rosario Virginis solemni pompa vicatim per urbes, accepta majoribus consuetudine, publicæ religionis caussa procedere. Quibus autem in locis id injuria temporum forte non licet, quidquid publicæ religioni ex hac parte detractum est, frequentiore redimatur ad sacras ædes accursu ; et diligentiore virtutum christianarum exercitatione fervor pietatis eluceat.

Eorum autem gratia, qui quæ supra jussimus facturi sunt, libet cœlestes Ecclesiæ thesauros recludere, in quibus ipsi incitamenta simul et præmia pietatis inveniant. Omnibus igitur qui intra designatum temporis spatium, Rosarii cum Litaniis publicæ recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus obtinendam concedimus. Quo beneficio frui pariter posse volumus, quos supplicationibus publicis supra dictis legitima caussa prohibeat, hac tamen lege ut eidem sacræ exercitationi privatim operam dederint, itemque Deo ad mentem Nostram supplicaverint. — Eos vero qui supra dicto tempore decies saltem, vel publice in sacris templis, vel justas ob caussas privatis in domibus eadem peregerint, et, expiatis rite animis, sacra de altari libaverint, piaculo omni et statis admissorum pœnis ad pontificalis indulgentiæ modum exsolvimus. — Plenissimam hanc admissorum suorum veniam omnibus etiam elargimur, qui vel in ipsis beatæ Mariæ Virginis a Rosario solemnibus, vel quolibet ex octo consequentibus diebus, absolutis pariter salutari confessione animis, ad Christi mensam accesserint, et in aliqua æde sacra pro Ecclesiæ necessitatibus ad mentem Nostram Deo et Deiparæ rite supplicaverint.

Agite vero, Venerabiles Fratres ; quantum vobis curæ est et

Mariæ honos et societatis humanæ salus, tantum studete populorum in Magnam Virginem alere pietatem, augere fiduciam. Divino quidem munere factum putamus, ut, vel turbulentissimis hisce Ecclesiæ temporibus, in maxima christiani populi parte stet ac vigeat antiqua in augustam Virginem religio et pietas. Nunc vero exhortationibus his Nostris excitatæ, vestrisque vocibus incensæ christianæ gentes vehementiore in dies animi ardore sese in Mariæ tutelam fidemque recipiant : et adamare magis ac magis insistant Marialis Rosarii consuetudinem, quam majores nostri non modo uti præsens in malis auxilium, sed etiam nobilis instar tesseræ christianæ pietatis habere consueverunt. Obsecrationes concordes ac supplices libens excipiet humani generis Patrona cælestis, illudque facile impetrabit, ut boni virtutis laude crescant ; ut devii sese ad salutem colligant ac resipiscant ; ut vindex scelerum Deus ad clementiam ac misericordiam conversus rem christianam remque publicam, amotis periculis, optatæ tranquillitati restituat.

Hac spe erecti, Deum ipsum, per Eam in qua totius boni posuit plenitudinem, summis animi Nostri votis enixe obsecramus, ut maxima quæque Vobis, Venerabiles Fratres, cælestium bonorum munera largiatur : in quorum auspicium et pignus, Vobis ipsis et Clero vestro et populis cujusque vestrum curæ concreditis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 1 Septembris, A. MDCCCLXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

# MODIFICATION DES RUBRIQUES GÉNÉRALES ET SPÉCIALES DU BRÉVIAIRE ET DU MISSEL.

Le Bref de Sa Sainteté Léon XIII, en date du 28 juillet 1882, en supprimant la translation des doubles mineurs (à l'exception des Docteurs) et des semi-doubles [1], a nécessité de nombreux changements dans les Rubriques générales et spéciales du Bréviaire et du Missel. Ces changements viennent d'être approuvés et publiés. Nous nous empressons de les communiquer à nos lecteurs, en signalant ceux introduits dans les Rubriques générales, et en donnant *in extenso* ceux apportés aux Rubriques spéciales. Nous commençons par le Bréviaire.

## I.

## MODIFICATIONS QU'ONT SUBIES LES RUBRIQUES GÉNÉRALES DU BRÉVIAIRE.

Tit. i, n. 2. Il est maintenant rédigé comme suit : « Festum Duplex celebratur, *aut de eodem fit commemoratio*, eo die quo cadit, nisi illud contingat transferri, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum. »

Tit. ii, n. 2. Rédaction actuelle. « De Festo Semiduplici fit eo die quo cadit, *aut de illo ponitur commemoratio*, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum. »

[1] Nous avons donné ce Bref dans notre tome xiv, pag. 314.

Tit. iv, n. 1. Après les mots : *quia tunc Festum transfertur*, il faut ajouter : *aut de eo fit commemoratio, etc.*

*Ibid.* Vers le milieu, après les mots : *quibusdam Dominicis exceptis ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus*, ajouter : « Id pariter servatur quoad alia Festa primæ classis, in prædictis Dominicis occurrentia. »

*Ibid.* La dernière phrase de ce numéro est changée comme suit : « Si Semiduplex eodem die occurrat, de eo fit commemoratio, ut pariter dicetur in Rubrica de Commemorationibus. »

Tit. vii, n. 3. Au commencement on a accolé le mot *Duplicibus* au mot *translatis*. On a maintenant : *ac etiam Duplicibus translatis.*

*Ibid.* La Rubrique touchant les Fêtes qui tombent dans les octaves de Pâques et de Pentecôte a reçu la modification suivante : « Sed transfertur post Octavam, si transferri valeat, secus de eo fit commemoratio, ut dicetur in eadem Rubrica de Translatione Festorum. »

*Ibid.* Celle des Semidoubles arrivant dans l'Octave du Très-Saint Sacrement : « De Semiduplicibus vero, *cum non transferantur, infra eam fit commemoratio*, ut dicetur in præfata Rubrica. »

Tit. ix, n. 3. La partie de ce numéro qui s'occupe des dimanches autres que les dimanches ordinaires, sera dorénavant : « De alis Dominicis nulla fit commemoratio occurrente Festo Duplici, quia Festum in illis occurrens transfertur, *aut de eo fit commemoratio*, ut dicetur in sequenti Rubrica de Translatione Festorum ; nisi etc. »

*Ibid.* Il faut ajouter à la fin de ce numéro : « Idem dicendum de aliis Festis primæ classis occurrentibus in præfatis Dominicis Majoribus. »

Ibid., n. 5. Dans l'énumération des Fêtes qui répudient les commémoraisons, il faut ajouter les Fêtes de Saint Joseph et de l'Immaculée Conception.

Ibid., n. 6. De l'énumération des Fêtes y contenues, on doit éliminer les Fêtes de l'Immaculée Conception et de Saint Joseph, mais la compléter par l'insertion des Fêtes du Saint Nom de Jésus, de la Visitation de la Sainte Vierge, du Patronage de Saint Joseph, du Précieux Sang de Notre Seigneur, de Saint Joachim et de Sainte Anne.

Ibid., n. 7. Ajouter à la fin de ce numéro : « De Festis Duplicibus et Semiduplicibus, quoties, juxta sequentem Rubricam de Translatione Festorum, reduci debent ad modum Simplicis, fit pariter commemoratio, ad instar diei Octavæ et Dominicæ, in utrisque Vesperis et Laudibus, præterquam in omnibus Duplicibus primæ classis, exceptis eorum secundis Vesperis, si hujusmodi commemoratio facienda sit die sequenti. »

Ibid., n. 10. On doit également ajouter à la suite de ce numéro : « Servata eadem regula, quando in Officio novem Lectionum fit commemoratio de Festo Duplici aut Semiduplici, redacto ad instar Simplicis, ut in sequenti Rubrica, de Sancto legenda est nona Lectio ad Matutinum composita ex singulis ejus Lectionibus historicis secundi Nocturni per modum unius, præterquam in tota Octava Festi Corporis Christi, si de ea fiat Officium ; quo in casu etiam omittenda nona Lectio Festi Simplicis. »

Ibid., n. 11. Le commencement doit être changé comme suit : « Quando contingit fieri plures commemorationes, servetur hic ordo. De Duplici, licet agatur tamquam Simplex, fiat ante Dominicam [1] ; de Dominica ante Festum

(1) Cet ordre diffère en quelques points de celui proposé par quel-

Semiduplex ; de Semiduplici, etiam quando reducitur ad modum Simplicis, ante diem infra Octavam ; de die infra Octavam, ante Ferias Adventus, Quatuor Temporum, Vigiliarum et Rogationum ; et de dictis Feriis ante Festum Simplex. De Sancta Maria, etc. »

Tit. x, n. 1. Aux jours indiqués au commencement de ce numéro comme excluant les Offices doubles, on doit ajouter les Fêtes de l'Immaculée Conception et de Saint Joseph.

*Ibid.* La fête de l'Immaculée Conception étant maintenant de première classe, a naturellement disparu de la place qu'elle occupait près de la Purification et de l'Annonciation.

*Ibid.* A la suite de ce numéro, la nouvelle Rubrique ajoute : « Festa tamen Duplicia minora, exceptis illis Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, si occursu Dominicæ, vel majoris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratio, et legitur nona Lectio historica ad Matutinum, si tamen hæc eo die fieri possint ; secus hujusmodi Festa Duplicia minora eo anno penitus omittuntur, ut in præcedenti Rubrica dictum est num. 7 et 10, et infra de Simplici dicetur num. 8. Iisdem, compre-

ques Liturgistes et suivi cette année par quelques calendiéristes. De Carpo, *Compendiosa Bibliotheca Liturgica*, Part. II, n. 87; De Herdt, *Sacræ Liturgiæ praxis*, Tom. II, n. 263; Le Vavasseur, *Cérémonial selon le Rite Romain*, Part. III, n. 116; Bouvry, *Expositio Rubricarum Breviarii, Missalis et Ritualis Romani*, tom. I, part. II, sect. III, titul. IX, rubr. XI, n. 2; Falise, *Cérémonial Romain et cours abrégé de Liturgie pratique*, Part. II, sect. III, chap. II, § II, n. 6.

henduntur regulis alia Festa Duplicia, quorum translationi in toto anni decursu locus non superest. »

Ibid., n. 2. La dernière phrase de ce numéro a subi une nouvelle rédaction : « Si autem non fuerit ex prædictis Festis, fiat de Octava, et Festum transferatur, aut de eo fiat commemoratio, ut supra. »

Ibid., n. 3. Ce numero a reçu l'addition suivante, à la fin : « Quod si transferri nequeat, de eodem quoque fiat commemoratio, ut supra. »

Ibid., n. 4. Ce numéro est actuellement rédigé comme suit : « Si in aliis Dominicis per annum a supradictis occurrat Festum Duplex, non transfertur, nec de eo fit commemoratio, sed Officium, ut dictum est in Rubrica de Commemorationibus. »

Ibid., n. 5. Le numéro 5 est également transformé : « Festum Semiduplex occurrens diebus supradictis, et infra Octavam Corporis Christi, et aliis Dominicis per annum, non transfertur, sed ipso die quo cadit, de eo fit commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, et legitur nona Lectio historica, aut illud penitus omittitur, ut supra de Duplici minori dictum est. »

Ibid., n. 6. Il en est de même du numéro 6 : « Si duo vel plura festa novem Lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est de Duplici, et de Semiduplici fiat commemoratio ut supra. At si omnia fuerint Duplicia, vel omnia Semiduplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quæ Duplicia minoris solemnitatis sunt, si tranferri valeant, transferantur ; aliter de eis, quemadmodum de Semiduplicibus, fiat commemoratio juxta superius explicata. »

Ibid., n. 7. Voici la nouvelle rédaction du numéro 7 : « Si plura Festa Duplicia ex iis quæ transferri possunt,

transferenda sint, quod est magis solemne semper prius transferatur et prius celebretur ; alioquin si sunt æqualia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus. »

Ibid., n. 9. Le commencement du numéro 9 a aussi été quelque peu changé : « Si aliquod Festum Duplex e supra recensitis qui transferuntur, in quo notatum est fieri, etc. »

Tit. xi, n. 2. Dans l'énumération des Fêtes qui terminent ce numéro, il faut, après les mots : *item Festa Angelorum*, intercaler : « Sancti Joseph Sponsi Beatæ Mariæ Virginis, et Apostolorum, ceteris aliis ; et Festa illorum Sanctorum, etc. »

Ibid., n. 6. La dernière phrase du numéro 6 est ainsi modifiée : « Dies infra Octavam cum simplici proprie non habet concursum ; quia in sequenti die infra Octavam non fit de Simplici, nisi commemoratio, quæ et eadem ratione in præcedenti die infra Octavam fieri debet. »

Ibid., n. 7. Vers le milieu de ce numéro, où est réglée la concurrence du jour octave avec un double mineur, après les mots : « a Capitulo fit de sequenti cum commemoratione Octavæ, » se lit l'exception suivante : « Exceptis diebus Octavis Festivitatum beatæ Mariæ Virginis, etiam particularibus alicujus Religionis, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio. Concurrente vero etc. »

Tit. xiv, n. 3. Vers la fin, après les mots : *nisi alia commemoratio Festi Simplicis*, il faut ajouter : « vel ad instar Simplicis occurrat. »

Tit. xxvi, n. 3. Vers le milieu, après les mots : *vel octavæ Lectioni adjuncta*, il faut insérer l'addition suivante : « Item de Festo Duplici aut Semiduplici, si fiat

tamquam Simplex, legitur nona Lectio composita ex omnibus Sancti Lectionibus historicis secundi Nocturni, ut supra dictum est in Rubrica de Commemorationibus, num. 10. »

*Ibid.* Il faut ajouter à la fin du numéro : « Similiter si plures occurrant nonæ Lectiones propriæ de Sanctis, legitur tantum illa dignioris. »

Le chapitre : *Duæ Tabellæ ex Rubricis generalibus excerptæ*, a aussi été modifié en quelques endroits.

L'Immaculée Conception a été associée à l'Assomption de la Très-Sainte Vierge dans les Doubles de première classe : *Assumptio et Immaculata Conceptio B. M. V.*

Aux Doubles de seconde classe, l'Invention de la Sainte Croix prend rang après le Précieux Sang; la Fête du Patronage de S. Joseph après la Dédicace de S. Michel. A la fin de l'énumération viennent S. Anne et S. Joachim.

La catégorie des Doubles majeures a également reçu un accroissement. On y a inséré la Fête des SS. Anges Gardiens, la Commémoraison de S. Paul, les Fêtes de S. Benoît, S. Dominique et S. François.

La Table d'occurrence est changée ; nous la donnons avec ses modifications, ainsi que les Rubriques qui, par suite, ont également dû subir quelques changements.

## SI OCCURRAT EODEM DIE.

| | « Vigilia. | « Feria major. | « Sancta Maria in Sabbato. | « Simplex. | « Semiduplex. | « Dies Octavæ. | « Dies infra Octavam. | « Duplex per annum minus. | « Duplex Doctoris Ecclesiæ. | « Duplex per annum majus. | « Duplex secundæ classis. | « Duplex primæ classis. | « Dominica per annum. | « Dominica secundæ classis. | et Dominica primæ classis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duplex primæ classis, | 6 | 1 | 0 | 6 | 6 | 4 | 6 | 6 | 2 | 2 | 2 | 8 | 4 | 4 | 1 |
| Duplex secundæ classis, | 4 | 4 | 0 | 4 | 4 | 4 | 6 | 4 | 2 | 2 | 8 | 1 | 4 | 1 | 1 |
| Duplex per annum majus, | 4 | 4 | 0 | 4 | 4 | 1 | 4 | 4 | 2 | 8 | 1 | 1 | 4 | 1 | 1 |
| Duplex Doctoris Ecclesiæ, | 4 | 4 | 0 | 4 | 4 | 1 | 4 | 0 | 0 | 1 | 1 | 1 | 4 | 1 | 1 |
| Duplex per annum minus, | 4 | 4 | 0 | 4 | 4 | 3 | 4 | 7 | 0 | 3 | 3 | 3 | 4 | 3 | 3 |
| Dies infra Octavam, | 4 | 4 | 0 | 4 | 3 | 3 | 7 | 3 | 3 | 3 | 5 | 5 | 3 | 3 | 3 |
| Dies Octavæ, | 4 | 4 | 0 | 4 | 4 | 7 | 4 | 4 | 2 | 2 | 3 | 3 | 4 | 3 | 3 |
| Semiduplex, | 4 | 4 | 0 | 4 | 7 | 3 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 |
| Simplex, | 3 | 3 | 3 | 0 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 5 | 3 | 3 | 3 |
| S. Maria in Sabbato, | 5 | 5 | 0 | 4 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Feria major, | 6 | 0 | 6 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 0 | 0 | 0 |
| Vigilia, | 0 | 5 | 6 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 5 | 0 | 0 | 0 |

1. Translatio de primo, Officium de secundo.
2. Officium de primo, Translat. de secundo.
3. Commem. de primo, Officium de secundo.
4. Officium de primo, Commem. de secundo.
5. Nihil de primo, Officium de secundo.
6. Officium de primo, nihil de secundo.
7. Officium de digniori, Commemor. de minus digno.
8. Officium de digniori, Translatio de minus digno.

Notandum, quod Duplex quodcumque, etiam Patroni et Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Vigilia Nativitatis Domini et Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniæ, in Feria quarta Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschæ et Pentecostes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumptionis et Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, in Festo S. Joseph, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, et Omnium Sanctorum, transfertur, si transferri valeat, aliter de eo fit Commemoratio ipso die quo cadit, vel penitus omittitur, ut ponitur in propriis Rubricis.

Infra Octavam Epiphaniæ fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, et ejusdem Dedicatione, cum Commemoratione Octavæ : alia Festa transferuntur post Octavam, aut de eis fit Commemoratio, ut supra.

Infra Octavam Corporis Christi, de Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio, neque fit de Duplici translato, nisi sit primæ vel secundæ classis, et de ea, quocumque adveniente Duplici, fit Commemoratio.

Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, de Semiduplici, etiam occurrente in Dominica, fit Commemoratio, uti alias juxta Rubricas.....

Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Ecclesiæ descriptus sit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari. Alii si in dicto Kalendario descripti sint sub Officio Duplici minori, non tamen alicujus Ecclesiæ Doctoris, vel Semiduplici, de eis fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus juxta Rubricas. Si autem sint de Majoribus Festis aut Doctorum, transferuntur, ita ut de translato fiat Officium ac si proprio die celebraretur. Si vero in Kalendario omnes sint tamquam Festum Simplex, de illis nihil fit.

La Table de Concurrence est restée la même, ainsi que les Rubriques qui la suivent à l'exception des deux dernières où quelques légères additions ont été introduites. Les voici :

In secundis Vesperis Duplicis I classis non fit Commemoratio de Festis Duplicibus et Semiduplicibus reductis ad modum Simplicis, nisi hujusmodi Commemoratio facienda sit die sequenti. In Duplicibus tamen II classis de dictis Festis fit Commemoratio in utrisque Vesperis ad instar Octavæ et Dominicæ : non fit vero Commemoratio de die infra Octavam, nisi quando de ea fieri debeat Officium die sequenti.

Cum plures fiunt Commemorationes, servetur hic ordo : De Duplici, *licet agatur tanquam Simplex*, de Dominica, de Semiduplici, *etiam quando reducitur ad modum Simplicis*, de die infra Octavam, de Feria majori, seu Vigilia, de sancta Maria in Sabbato, de Simplici.

## II.

## RUBRICÆ SPECIALES BREVIARII ROMANI REFORMATÆ.

—

### In Psalterio.

*Dominica ad Laudes post Benedictus.*

Deinde dicitur Antiphona et Oratio propria, et post eam, si occurrat eo die aliquod Festum Simplex, vel ad modum Simplicis recolendum, fit de eo Commemoratio.

—

### In proprio de tempore.

*Sabbato ad Dominicam I Adventus.*

In Adventu non fit de Festo, nisi fuerit Duplex vel Semiduplex. Quod si occurrat in Dominica, de eo fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus : Festum autem majus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ transfertur in primam diem Duplici vel Semiduplici Festo non impeditam. De Simplici quoque fit tantum Commemoratio, ut in Rubricis Generalibus.

*In festo SS. Innocentium.*

Si Festum S. Thomæ venerit in Dominica, fit de Dominica cum Commemoratione S. Thomæ in utrisque Vesperis et Laudibus ac IX Lectione (ex tribus una) ; et Feria II fit Officium de Octava Nativitatis, ut inferius ponitur: In Sabbato post Orationem Ss. Innocentium dicitur Ant., ℣. et Oratio Dominicæ, quæ paulo infra habetur. Deinde fit Commemoratio S. Thomæ et Octavarum ; et in II Vesperis Dominicæ fit etiam Commemoratio S. Thomæ et Octavarum.

*In Epiphania Domini.*

Infra Octavam Epiphaniæ si occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiæ, vel Dedicatio ejusdem. De aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus et Simplicibus fit Commemoratio juxta Rubricas.

*In octava Epiphaniæ.*

Si Octava Epiphaniæ venerit in Sabbato, in secundis Vesperis Octavæ fit Commemoratio Dominicæ II post Epiphaniam. Quando autem Septuagesima venerit in I Dominica post Octavam Epiphaniæ, tunc in primo Sabbato post Octavam, non impedito Festo novem Lectionum, alioquin prima die post Octavam, fit Officium de Feria, in qua ponuntur ℟℟. primi Nocturni Dominicæ II post Epiphaniam et tres Lectiones leguntur de Homilia ejusdem Dominicæ cum ejus Antiphona ad *Benedictus*, et Oratione. De Festo vero Semiduplici in ea occurrente fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.

*Sabbato ante Septuagesimam.*

Si in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis occurrat Festum Duplex quod transferri valeat, transfertur in primam diem non impeditam. De aliis vero Duplicibus et de Semiduplicibus fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, ut dicitur in Rubricis de Commemorationibus.

*Feria IV Cinerum.*

Si hac die occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur in sequentem diem Duplici vel Semiduplici non impeditam. De Duplicibus vero minoribus vel Semiduplicibus fit tantum Commemoratio, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum. Aliis diebus Quadragesimæ usque ad majorem Hebdomadam, si occurrat Festum Duplex vel Semiduplex, fit de eo cum Commemoratione et IX Lectione de Homilia Feriæ. De Simplicibus quoque fit tantum Commemoratio, ut in Rubricis Generalibus.

*Dominica I in Quadragesima.*

Si hac die, et in aliis Dominicis Quadragesimæ occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur in sequentem diem Duplici vel Semiduplici non impeditam. De aliis Duplicibus et de Semiduplicibus fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus et de Translatione Festorum. Aliis diebus Quadragesimæ usque ad majorem Hebdomadam si occurrat Festum Duplex vel Semiduplex, fit de eo cum Commemoratione et IX Lectione de Homilia Feriæ.

*Dominica Palmarum.*

Ab hac die usque ad Octavam Paschæ, si occurrat aliquod Festum novem Lectionum, quod transferri valeat, transfertur post Octavam ; secus de eo fit Commemoratio, præterquam tribus diebus Pascha præcedentibus et duobus consequentibus, juxta Rubricam de Commemorationibus. Festi trium Lectionum item a Feria V in Cœna Domini usque ad Feria III Paschæ, nulla fit Commemoratio.

*Sabbato in Vigilia Pentecostes.*

Ab hac die usque ad Festum Trinitatis inclusive, si occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post prædictum Festum Trinitatis. De aliis vero Du-

plicibus et de Semiduplicibus fit tantum Commemoratio, excepto triduo Pentecostes.

*Dominica Pentecostes.*

Si infra Octavam occurrat Festum novem Lectionum quod transferri possit, transfertur post Octavam. De alio autem Festo novem Lectionum, et de Simplici in hoc triduo nulla fit Commemoratio ; reliquis vero diebus fit tantum Commemoratio.

*Feria V Infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes.*

Feria V celebratur Festum Corporis Christi.

Si ea die occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam : si occurrat aliud Duplex vel aliquod Semiduplex aut Simplex de eis nihil fit.

Infra Octavam non fit de Festo, nisi fuerit Duplex : Semiduplicia tantum commemorantur in utrisque Vesperis et Laudibus sine IX Lectione ; nec fit de Festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ translato, nisi sit primæ vel secundæ classis ; de Simplici fit tantum Commemoratio absque IX Lectione de eo : nisi occurrat in Festo Duplici, quod non sit primæ classis.

—

**In proprio sanctorum.**

*Die 26 Novembris.*

De Festis occurrentibus in Adventu non fit Officium, nisi fuerit Duplex vel Semiduplex. Quod si festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ venerit in Dominica, transfertur in primam diem non impeditam. Duplicia vero minora vel Semiduplicia commemorantur in utrisque Vesperis et Laudibus sine IX Lectione. De Simplicibus item fit tantum Commemoratio ut in Rubricis Generalibus.

*Die 13 Decembris. In Festo S. Luciæ Virg. et Mart.*

Quando Festum S. Luciæ incidit in Dominicam III Adventus,

de eo fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus absque IX Lectione.

*Dominica II post Epiphaniam. In Festo Ss. Nominis Jesu.*

Occurrente Dominica Septuagesimæ reponitur hoc Festum in diem 28 Januarii, tamquam in sedem propriam (translato quocumque alio Festo, si alicubi occurrat et transferri valeat, nisi sit altioris ritus) : et tunc legitur IX Lectio de S. Agnete secundo, et fit de ea Commemoratio in Laudibus tantum. De Festo Duplici minori vel de Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus cum Lectione IX historica, omissa Lectione IX de S. Agnete. Sed advertendum est, quod in fine Versuum, Responsoriorum et Antiphonarum, omittendum erit *alleluia*, similiter et in Responsoriis brevibus Horarum.

*Die 15 Januarii. In Festo S. Pauli primi Eremitæ Conf.*

Sed si Festum S. Pauli alia die celebretur, non variantur Antiphonæ et Versiculi, sed dicuntur ut in eodem Communi.

*Die 21 Januarii. In Festo S. Agnetis Virg. et Mart.*

Quando primæ Vesperæ dicendæ sunt integræ, Antiphonæ et Capitulum erunt de Laudibus, Psalmi de Dominica, et loco ultimi *Laudate Dominum omnes gentes.*

*Die 30 Januarii. In Festo S. Martinæ Virg. et Mart.*

In I vel II Vesperis, quando dicendæ sunt, dicitur Hymnus *Martinæ celebri* usque ad *Quærit præmia*, et in fine *A nobis abigas.* Ad Matutinum autem incipitur Hymnus a *Non illam* usque in finem.

*Die 2 Februarii. In Festo Purificationis B. M. V.*

Si hoc Festum inciderit in aliquam Dominicam privilegiatam, transfertur in Feriam II tamquam in sedem propriam, translato quocumque Festo Duplicis ex majoribus, aut alicujus Doctoris Ecclesiæ, etiam æqualis, non tamen altioris ritus. De alio autem Festo Duplici minori vel de Semiduplici occurrente fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus cum IX Lectione historica.

*Die 5 Februarii. In Festo S. Agathæ Virg. et Mart.*

In I Vesperis quando dicuntur integræ, Antiphonæ erunt *Quis es tu* cum reliquis de Laudibus. Psalmus *Dixit Dominus* cum reliquis de Communi Apostolorum, Capitulum de Laudibus.

*Die 6 Februarii. In Festo S. Titi Episc. et Conf.*

Si vero hoc Festum alia die celebretur, et in illa non occurrat Festum Simplex habens Lectionem propriam, tunc IX Lectio erit sequens.

*Die 8 Martii. In Festo S. Joannis de Deo Conf.*

Si celebretur post Pascha, erit sequens.

*Die 12 Martii. In Festo S. Gregorii Papæ Conf. et Doct.*

Si aliquod ex sequentibus Festis incidat in majorem Hebdomadam vel infra Octavam Paschæ, si transferri valeat, transferatur post Octavam ; aliter de eo fiat Commemoratio juxta Rubricas.

*Die 25 Martii. In Festo Annuntiationis B. M. V.*

Si hoc Festum venerit in Dominica privilegiata, transferendum erit ad Feriam II immediate sequentem, translato quocumque Festo Duplici etiam æqualis, non tamen altioris ritus. De Festo autem Duplici minori (excepto Festo alicujus Doctoris Ecclesiæ) vel Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus. Si vero occurrerit in Hebdomada majori vel Paschali, transferendum erit (pari cum privilegio) in Feriam II post Dominicam in Albis, servato ritu Paschali.

*Die 18 Maji. In Festo S. Venantii Mart.*

Si hoc Festum alia die celebrari contigerit, et in Vesperis non sit faciendum a Capitulo, tunc sequens Hymnus *Martyr Dei*, dicendus erit ad Matutinum conjunctim cum alio Hymno *Athleta Christi* sub una conclusione *Sit laus Patri.* Alias dicatur prout infra positum est.

*Die 19 Maji. In festo S. Petri Cœlestini Papæ et Conf.*

Si hoc Festum alia die celebrari contingat, IX Lectio dicitur ut sequitur.

*Die 23 Junii. In Vigilia S. Joannis Baptistæ.*

Si sequenti die XXIV occurrerit solemnitas Ss. Corporis Christi, agendum erit de prædicta solemnitate : Festum vero S. Joannis Baptistæ tunc reponatur in diem XXV, tamquam in sedem propriam, translato alio Festo Duplici, si alicubi occurrat, post Octavam, aut de eo facta Commemoratione, prout etiam de Semiduplici, ipsa die qua cadit, juxta Rubricas ; sed si fuerit primæ vel secundæ classis, transfertur in primam diem Officio Duplici non impeditam, infra eamdem Octavam.

*Die 28 Junii. In Festo S. Leonis II, Papæ et Conf.*

Si hoc Festum venerit in Dominica, Officium fit de Dominica cum Commemoratione S. Leonis in utrisque Vesperis et Laudibus et Lectione IX historica (ex tribus una), et in Sabbato, in quo fit de Octava S. Joannis, legitur IX Lectio de Homilia Vigiliæ Apostolorum, cum Commemoratione ejusdem in Laudibus tantum.

*Dominica I Julii, In Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.*

Si hodie occurrat Festum Visitationis beatæ Mariæ Virginis aut aliud Festum æqualis, vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiat prima die non impedita a Festo Duplici primæ vel secundæ classis, translato inde juxta Rubricas Festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ ; de Duplici vero minori vel Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus cum Lectione IX historica.

*Die 2 Augusti. In Festo S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Episc. Conf. et Doct.*

Si hoc Festum alia die celebrari contigerit, nona Lectio erit sequens.

*Die 3 Augusti. In Inventione S. Stephani Protomartyris.*

Ad Vesperas, si dicendæ sint Antiphonæ et Capitulum de Laudibus, Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum, Hymnus de Communi unius Martyris, ad *Magnificat* Antiphona *Stephanus autem.*

Si II Vesperæ dicendæ sint integræ, Antiphona, et Capitulum de Laudibus, Psalmi de Dominica, et loco ultimi Ps. *Credidi*, Hymnus, de Communi ut infra.

*Die 15 Augusti. In Festo Assumptionis B. M. Virginis.*

Rubrica supprimenda.

Notandum, quod si Dominica infra Octavam Assumptionis..... agendum erit de Festo S. Joachim ut ponitur infra.

*Die 16 Septembris. In Festo Ss. Cornelii et Cypriani Pont. et Mart.*

Si Festum Ss. Cornelii et Cypriani venerit in Dominica, fit Officium de Dominica cum Commemoratione eorumdem in utrisque Vesperis et Laudibus et IX Lectione historica (ex tribus una) atque Commemoratione Ss. Euphemiæ, Luciæ, et Geminiani Martyrum in I Vesperis et Laudibus, omissa Lectione.

*Die 20 Octobris. In Festo S. Joannis Cantii Confessoris.*

Ad Laudes Hymnus ut in I Vesperis, vel *Te deprecante corporum*, si non habeat II Vesperas integras.

*Die 22 Novembris. In Festo S. Cæciliæ Virginis et Mart.*

Si primæ Vesperæ dicendæ sint integræ, Antiphonæ erunt de Laudibus.

*Die 23 Novembris. In Festo S. Clementis Papæ et Mart.*

Si primæ Vesperæ dicendæ sint integræ, Antiphonæ erunt de Laudibus.

Concordat cum suo Originali. In fidem etc. Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis hac die 14 Augusti 1883.

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C.
Secretarius.

## III.

## MODIFICATIONS APPORTÉES AUX RUBRIQUES GÉNÉRALES DU MISSEL.

Elles sont en petit nombre. Signalons-les :

TITUL. VI. La première phrase a vu disparaître les mots *et Semiduplicium*, de sorte qu'elle est maintenant : « In dicendis Missis servetur ordo Breviarii de Translatione Festorum Duplicium, quando majori aliquo Festo, seu Dominica impediuntur. »

TITUL. VII, n. 1. Après la première phrase, il faut ajouter : « De Festo Duplici aut Semiduplici, cujus facta est Commemoratio per modum Simplicis in Officio, etiam in Missa fit Commemoratio, non excepta Missa solemni in Festis Duplicibus secundæ classis, sed excepta Dominica Palmarum ac Vigilia Pentecostes. De Festo Simplici etc. »

IBID., n. 5. Voici l'ordre qu'il établit pour faire les Comméморaisons :

In faciendis Commemorationibus servetur ordo ut in Breviario. De Festo Duplici quod agitur ad instar Simplicis, fiat commemoratio ante illam Dominicæ : de Dominica ante Festum Semiduplex redactum ad modum Simplicis : de Semiduplici ante diem infra Octavam : de die infra Octavam ante Ferias prædictas : de Feriis prædictis ante Festum Simplex : de Festo Simplici ante Orationes, quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur : et hæ dicantur ante Orationes votivas ; in quibus votivis servetur deinde dignitas Orationum, ut de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto, de SS. Sacramento, de S. Cruce ante votivam de B. Maria, et de Angelis, de S. Joanne Baptista et S. Joseph ante Apostolos, et similiter in aliis.

## IV.

## RUBRICÆ SPECIALES MISSALIS ROMANI REFORMATÆ.

*Post Orationem Dominicæ I Adventus.*

Si autem facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, post Orationem diei dicitur secunda Oratio de Sancto, et tertia de sancta Maria.

*In fine Missæ Ss. Innocentium.*

Si Festum S. Thomæ venerit in Dominica, de eo fit tantum commemoratio.

*In fine Missæ S. Thomæ Episc. et Mart.*

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, et Ss. Innocentium venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica : sed die proximo post Festum S. Thomæ Martyris dicitur Missa de Dominica. Si autem Festum S. Thomæ venerit in Dominica, dicitur Missa de Dominica, cum commemoratione S. Thomæ et aliarum Octavarum, et feria secunda sequenti dicitur Missa de Octava Nativitatis cum commemoratione aliarum Octavarum.

*In fine Missæ Epiphaniæ Domini.*

De Festis Duplicibus majoribus et alicujus Doctoris Ecclesiæ, quæ infra Octavam veniunt, nihil tunc agitur (nisi tantum de Patrono vel Titulari Ecclesiæ, et de Dedicatione ejusdem, in propria Ecclesia, non tamen in Octava), sed peracta Octava celebrantur : de aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus et de Simplicibus occurrentibus fit tantum commemoratio.

*In fine Missæ Octavæ Epiphaniæ.*

Si Dominica Septuagesimæ venerit sequenti Dominica post Octavam Epiphaniæ, in præcedenti Sabbato, si non est impeditum Festo Semiduplici, dicitur Missa de Dominica secunda post

Epiphaniam cum commemoratione Festi Simplicis, si in eo occurrat. Si vero Sabbatum fuerit impeditum Festo Semiduplici, tunc prima die post Octavam Epiphaniæ, in qua non sit Festum Duplex, dicitur Missa de secunda Dominica, et de Festo Semiduplici in ea occurrente fit tantum commemoratio.

*In fine Missæ Dominicæ Resurrectionis.*

Infra Octavam Paschæ non fit de aliquo Duplici vel Semiduplici, sed Duplicia quæ transferri possunt, post Octavam celebrantur ; de Duplicibus autem quæ transferri nequeunt, de Semiduplicibus et Simplicibus occurrentibus post hoc triduum, fit tantum commemoratio.

*Post Orationem Feriæ IV post Pascha.*

Ab hac die usque ad Sabbatum in Albis inclusive, post Orationem diei dicitur una ex sequentibus Orationibus tantum, nisi facienda sit commemoratio alicujus Festi Simplicis vel ad modum Simplicis occurrentis.

*In fine Missæ Dominicæ infra Octavam Ascensionis.*

In Octava Ascensionis dicitur Missa sicut in die, cum una tantum Oratione, nisi occurrat Festum Simplex vel ad modum Simplicis.

*In fine Missæ Dominicæ Pentecostes.*

Infra Octavam Pentecostes non fit de aliquo Festo Duplici vel Semiduplici, sed Duplicia quæ transferri possunt, post Octavam celebrantur : de Duplici quod transferri nequeat, de Semiduplici et de Simplici occurrente post triduum fit commemoratio tantum.

*Feria IV Quatuor Temporum Pentecostes. Rubrica ante Epistolam.*

Occurrente Festo Simplici, aut reducendo ad instar Simplicis, omittitur Oratio *Ecclesiæ tuæ*, vel pro Papa.

*In Vigilia S. Andreæ Apostoli. Die 29 Novembris. Rubrica ante Epistolam.*

Si Festum S. Andreæ venerit in Dominica, transfertur in

sequentem diem, Festo Duplici, vel Semiduplici non impeditam : quod et in aliis Festis Duplicibus in Dominicis Adventus occurrentibus, juxta modum in Rubricis Generalibus expositum, servatur ; et in illis semper fit commemoratio de Adventu. De Simplicibus autem toto Adventu fit tantum commemoratio.

*In fine Missæ Immaculatæ Conceptionis B. M. V. Die* 8 *Decembris.*

*Post delendam Rubricam :*

*Si festum . . . . in eam incidente.*

Infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., et in die Octava dicitur Missa sicut in die Festi ; sed infra Octavam dicitur secunda Oratio de Feria, tertia vero, quando non fit commemoratio Festi Simplicis vel ad modum Simplicis, dicitur de Spiritu Sancto.

*Dominica II post Epiphaniam. Post Orationem*

*In Festo Ss. Nominis Jesu.*

Si occurrit aliquod Festum Simplex, fit de eo commemoratio in Missis privatis tantum : de Duplici vero ac Semiduplici, cujus facta est commemoratio per modum Simplicis in Officio, etiam in Missa solemni fit commemoratio.

*Rubrica post Festum S. Benedicti Abbatis. Die* 21 *Martii.*

De Festis Duplicibus, quæ transferri possunt, et veniunt a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ, nihil fit ; sed post Octavam celebrantur : et tunc in fine Introitus ante Psalmum dicuntur duo *Alleluia*, et in fine Offertorii, et Communionis, unum *Alleluia*. Post Epistolam non dicitur Graduale, sed dicuntur duo Versus, cum quatuor *Alleluia*, ut notatum est in Sabbato in Albis. Et hoc idem observatur in omnibus Festis, quæ celebrantur inter Pascha et Pentecosten. De Duplicibus vero quæ transferri nequeunt, et de Semiduplicibus in Dominicis Palmarum, ultimo triduo Hebdomadæ majoris et triduo Paschæ nihil fit : reliquis diebus a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ inclusive, fit de eis tantum commemoratio.

*In fine Missæ S. Aniceti Papæ et Martyris. Die 17 Aprilis.*

Si hoc Festum celebretur post Pentecosten, tunc Missa erit *Sacerdotes Dei*, et Evangelium *Si quis vult*, de Communi unius Martyris Pontificis, secundo loco.

*In fine Missæ Ss. Soteris et Caji Martyrum. Die 22 Aprilis.*

Si hoc Festum celebretur post Pentecosten, tunc Missa erit *Intret in conspectu tuo*, et Oratio *Beatorum Martyrum*, de Communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschale.

*In fine Missæ S. Georgii Mart. Die 23 Aprilis.*

Si hoc Festum celebretur post Pentecosten, Missa erit *In virtute*, de Communi unius Martyris extra tempus Paschale cum Orationibus supra positis ; Evangelium vero *Si quis venit*. Secunda Oratio (nisi facienda sit commemoratio alicujus Simplicis) erit *A cunctis*. Tertia ad libitum

*In fine Missæ S. Fidelis a Sigmaringa Martyris. Die 24 Aprilis.*

Si hoc Festum celebrandum sit post Pentecosten, Missa erit *In virtute*, ut in Communi unius Martyris extra tempus Paschale, præter Orationes ut supra, et Evangelium *Si quis venit*.

*In fine Missæ S. Petri Martyris. Die 29 Aprilis.*

Si Festum S. Petri celebrandum sit post Pentecosten, Missa erit *Lætabitur justus*, de Communi unius Martyris non Pontificis, præter Orationes proprias, ut supra, et Evangelium *Si quis vult post me venire*.

*Post Missam Ss. Nerei, Achillei, Domitillæ Virg. atque Pancratii, Martyrum. Die 12 Maji.*

Si vero hoc Festum celebretur extra tempus Paschale, Missa erit sequens.

*Ante Missam S. Leonis Papæ et Confessoris. Die 28 Junii.*

Si sequens Festum S. Leonis venerit in Dominica, Missa dicitur de Dominica cum commemoratione S. Leonis et S. Joannis ; et

in Sabbato præcedenti dicitur Missa de Vigilia Apostolorum : secunda Oratio de S. Joanne, tertia de Beata Maria *Concede nos.*

*In fine Missæ Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.*

Si hodie occurrat Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis aut aliud Festum æqualis vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die non impedita a Festo Duplici I vel II classis, translato inde juxta rubricas Festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ ; de alio vero Duplici vel Semiduplici et Dominica occurrente, fit tantum commemoratio etiam in Missa solemni.

*Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. Virginis. Post Orationem in Festo S. Joachim Confessoris et Patris ejusdem B. M. V.*

Fit commemoratio Dominicæ occurrentis nec non Festi ad modum Simplicis recolendi, si occurrat ; ac Simplicis occurrentis, sed de hoc ultimo in Missis privatis tantum, et in fine dicitur Evangelium ejusdem Dominicæ.

*Dominica III Septembris. Post Orationem in Festo Septem Dolorum B. M. V.*

Impedita Dominica III Septembris ob occursum Festi ritus Duplicis I vel II classis, vel die Octavæ Patroni, Titularis, Dedicationis etc. Festum Dolorum transfertur in proximiorem Dominicam, etiamsi incidat cum Festo ritus Duplicis minoris (de qua tunc facienda erit commemoratio ad instar Simplicis juxta rubricas), dummodo non sit dies Octava Patroni, Titularis, Dedicationis, etc. Quod si usque ad Adventum nulla supersit Dominica libera, Festum septem Dolorum ponatur, juxta rubricas, in prima die non impedita post Dominicam III Septembris.

*Ante Missam Ss. Cornelii et Cypriani Pont. et Mart. Die 16 Septembris.*

Si sequens Festum Ss. Cornelii et Cypriani venerit in Dominica, in ea fit commemoratio Ss. Cornelii et Cypriani ac Ss.

Euphemiæ etc. Si vero occurrat in Feria IV Quatuor Temporum, in Missa Ss. Cornelii et Cypriani fit commemoratio primum de Feria, postea de Ss. Euphemia etc. Et in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duæ Missæ, una de Ss. Cornelio et Cypriano, in qua fit commemoratio Ss. Euphemiæ etc., altera de dicta Feria, sine commemoratione Sanctorum.

*Rubrica post Orationem festivam S. Lini Papæ et Mart. Die 23 Septembris.*

Deinde fit commemoratio S. Theclæ Virginis et Martyris. Si venerit in Dominica, in Missa de eadem Dominica fit commemoratio S. Lini, et deinde S. Theclæ.

Concordat cum suo Originali. In fidem etc. Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis hac die 14 Augusti 1883.

L. ✠ S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C.
Secretarius.

---

# DÉCISION ET DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

## I.

ON N'A AUCUNE PREUVE QU'ON PUISSE GAGNER PLUSIEURS FOIS LE JOUR LES INDULGENCES DU CHEMIN DE LA CROIX.

La plupart des auteurs modernes, qui ont écrit sur les indulgences, ne doutent aucunement qu'on ne puisse gagner les indulgences du Chemin de la Croix autant de fois qu'on réitère ce pieux exercice le même jour.

« 1° Les indulgences du Chemin de la Croix, *dit le R. P. Ulrich, dans son excellent petit ouvrage, approuvé par la S. Congrégation des Indulgences* [1], peuvent être gagnées *plus d'une fois par jour*, et même autant de fois que l'on remplit les conditions prescrites, soit pour les quatorze Stations, soit pour le Crucifix [2]. »

Terrasson, dont l'ouvrage a été également approuvé par la S. Congrégation des Indulgences [3], écrit aussi : « 6°. On a droit, même plusieurs fois par jour, en répétant l'exercice du Chemin de la Croix, à toutes les indulgences attachées à la visite des Lieux-Saints de Jérusalem, indulgences qu'il est défendu de spécifier en détail [4]. »

(1) Le 2 août 1862, en tête de l'ouvrage.

(2) *Trésor spirituel, ou indulgences attachées aux Scapulaires et autres objets de piété*, part. III, chap. II, art. II, § III, 4°.

(3) Le 24 novembre 1857, en tête de l'ouvrage, pag. IV.

(4) *Recueil d'indulgences plénières d'une pratique facile*, n. 1, observ. 6°.

D'autres traités encore ont reçu l'approbation de la S. Congrégation des indulgences, et nous y lisons la même doctrine. Ainsi dans Collomb : « 4°. L'on peut faire le Chemin de la Croix plusieurs fois le même jour, et gagner chaque fois les Indulgences qui y sont attachées [1]. » Et dans Giraud : « 6°. Si on fait le Chemin de la Croix plusieurs fois le même jour, on gagne chaque fois les indulgences qui y sont attachées [2]. »

Le R. P. Jules Jacques [3], Daris [4] et l'auteur du *Via Crucis* [5] se sont prononcés dans le même sens.

Un auteur ancien, le Franciscain Minderer, le seul où nous ayons rencontré la question, était loin de se prononcer aussi catégoriquement ; il ne donne la chose que comme probable :

« Probabiliter statuimus, *écrit-il*, pro defunctis toties quoties opus præscriptum pro lucranda aliqua indulgentia peragatur, et forma concessionis præseferat *quoties id egerint*, indulgentias lucrari posse tam plenarias, quam partiales, licet alii velint, quod Via Crucis semel tantum in die obiri possit, ad lucrandas eidem concessas indulgentias ; iste enim videtur usus et stylus concessionum, neque Jerosolymis pluries uno die, sed semel duntaxat

(1) *Petit traité ou exposé clair, court et nouveau des indulgences des principales Confréries et pratiques de piété*, chap. III, art. II, 8°, observ. 4°. — Approuvé par décret du 26 avril 1860.

(2) *Manuel des principales dévotions et confréries auxquelles sont attachées des indulgences*, part. II, chap. I, § IV, II, 6°. — Approuvé par décret du 29 avril 1844.

(3) *Le petit trésor spirituel, ou notions sur les Scapulaires, Chapelets et divers objets de piété, avec les indulgences et autres faveurs qui y sont attachées*, part. II, art. II, note III, 2°.

(4) *Prælectiones canonicæ*, Tractatus de indulgentiis, n. 134.

(5) *Via Crucis, ou méthode pratique du Chemin de la Croix*, pag. 104, édit. Casterman, 1852.

obiri potest... Quod autem ex indulgentiis Viæ Crucis non nisi unam indulgentiam plenariam sibi applicare possit, reliquas vero defunctis per modum suffragii transcribere debeat, deducitur ex Decreto S. Congregationis per Innocentium XI approbato, ad cujus finem dicitur : *Declarat* (S. Congregatio) *semel duntaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies ecclesiam visitantibus, aut aliud opus pium peragentibus, concessam lucrifieri.* Id, quod solum intelligendum venit, et verificari debet de indulgentiis, quæ plenariæ sunt, et pro vivis concessæ..... Adeoque *probabile est*, etiam Viam Crucis sæpius obiri posse cum fructu acquirendarum indulgentiarum pro defunctis [1].

Dans les premières éditions de son traité sur les indulgences [2], le R. P. Maurel avait adopté l'opinion communément suivie par les modernes. Mais habitant la ville éternelle et en grande relation avec les personnages qui sont le plus au courant de la matière des indulgences, il aura sans doute appris que cette opinion était loin d'être certaine ; car il l'a fait disparaître de ses dernières éditions. Cette suppression inspira des doutes sérieux sur la vérité de l'opinion commune.

Mgr l'Évêque de Périgueux s'est fait l'écho de ces doutes et du désir de les voir résolus, en soumettant la question à la S. Congrégation des Indulgences. Celle-ci déclara qu'aucun document ne prouve qu'on peut gagner les indulgences du Chemin de la Croix autant de fois qu'on le réitère le même jour. Voici la demande et la réponse :

Beatissime Pater,

Nicolaus Josephus Dabert, Episcopus Petrocoricensis in Gallia humiliter postulat ;

(1) *De indulgentiis in specie*, n. 327 et 328.
(2) *Le chrétien éclairé sur la nature et l'usage des indulgences.*

Utrum toties in die lucrari valeant indulgentiæ exercitio Viæ Crucis adnexæ, quoties illud iteratur ?

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita respondit : Ex documentis non constat Indulgentias pro pio exercitio Viæ Crucis concessas toties lucrari quoties præfatum pium exercitium iteratur.

Ex Secretaria ejusdem Sac. Congnis die 10 septembris 1883.

Loc. ✝ sigilli.

A. CARD. BILIO.

FRANCISCUS DELLA VOLPE, *secrius*.

De cette déclaration nous concluons : 1° On ne peut donner comme certaine l'opinon des auteurs modernes, on ne peut dire purement et simplement, comme ils le font, qu'on gagne ces indulgences plusieurs fois par jour, ou autant de fois qu'on réitère le pieux exercice. On peut tout au plus dire, avec Minderer, qu'il est probable qu'on peut les gagner plusieurs fois ; mais en définitive cela est douteux, et on ne peut, sans péché, annoncer comme certaines des indulgences dont l'existence est douteuse.

2° De ce qu'il est douteux qu'on puisse gagner ces indulgences plusieurs fois le jour, on aurait tort de conclure qu'un curé ou un confesseur feraient mal d'engager leurs paroissiens ou leurs pénitents à réitérer le chemin de la croix le même jour : ce pieux exercice n'en reste pas moins un des plus salutaires et des plus méritoires [1]. De plus, le

(1) Nous lisons dans le *Via Crucis* cité plus haut : « Depuis le petit nombre d'années que cette dévotion a commencé à faire en France des progrès rapides, on n'a pas tardé à en connaître et à en apprécier les bienfaits. Plusieurs fidèles ont assuré qu'ils n'avaient pas de moyens plus efficaces pour briser les efforts des passions les plus violentes, ou pour se garantir de dangers imminents. Des directeurs

second exercice étant comme le premier un acte d'oraison mentale ou de méditation, celui qui s'y adonne peut jouir des indulgences que Benoît XIV y a attachées [1].

## II.

### DÉCRET VALIDANT TOUTES LES ÉRECTIONS DU CHEMIN DE LA CROIX FAITES JUSQU'A CE JOUR.

Beatissime Pater,

Fr. Bernardinus a Portu Romatino totius Ordinis Minorum Minister Generalis, ad pedes Sanctitatis Suæ provolutus humi-

habiles et expérimentés ont reconnu que c'était le meilleur préservatif contre les rechutes de l'âme. Voici ce que disait à ce sujet, il y a cinq cents ans, un docteur (Thaulère) dont la vertu était aussi éminente que le savoir était profond : Il fut révelé à un saint personnage, dit-il, que celui qui s'exercerait à la dévotion du *Chemin de la Croix*, en méditant sur la Passion, y trouverait une préparation efficace pour sortir de l'état du péché ; la confiance de résister aux tentations les plus opiniâtres, la fermeté dans la pratique des bonnes œuvres ; une augmentation des grâces divines ; l'assistance continuelle de Dieu ; la perfection de ses vertus et la sanctification de son âme ; une espérance fondée d'obtenir les secours célestes ; et la confiance d'être fortifié par Jésus-Christ, à sa dernière heure, contre les horreurs de la mort. » Pag. 139 et 140.

(1) Constit. *Quemadmodum nihil est*, du 16 décembre 1746, où nous lisons : « Insuper iis, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, et per totum mensem, orationi mentali dabunt operam et vere pœnitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces pariter effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam itidem per modum suffragii animabus Christifidelium, quæ Deo in caritate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, auctoritate et tenore similibus misericorditer in Domino elargimur. » *Bullarium Benedicti* XIV, vol. IV, pag. 343.

liter exponit, ex publicata in ephemeride cui titulus *Acta Ordinis Minorum* instructione de Stationibus S. Viæ Crucis erigendis fuisse compertum, ejusmodi Stationes non semel invalide erectas fuisse.

Quum autem admodum difficile videatur, ut hujusmodi erectiones renoventur, hinc ne fideles visitantes tales Stationes invalide erectas indulgentiis a S. Sede concessis privati existant, humiliter supplicat Orator, ut Sanctitas Sua omnes S. Viæ Crucis Stationes hucusque invalide erectas, convalidare ac ratas habere dignetur.

Quam gratiam, etc.

Vigore specialium facultatum a SSmo Dno Nostro Leone Papa XIII tributarum, Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita defectus omnes, de quibus in supplici libello, benigne sanavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 31 Julii 1883.

A. CARD. BILIO.

FRANCISCUS DELLA VOLPE, *Secretarius*.

# DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

I.

*Doit-on faire l'office du Titulaire de la cathédrale dans tout le diocèse, et sous quel rite?* C'est une question sur laquelle les auteurs ne s'accordent guères.

1. Quelques auteurs modernes, jouissant du reste d'une grande autorité en matière liturgique [1], distinguent entre le Clergé séculier et le Clergé régulier.

Le Clergé séculier de la ville épiscopale est seul obligé de faire l'office du Titulaire de la cathédrale, et celui-ci n'a d'octave que dans la cathédrale. Le Décret du 28 octobre 1628 est formel sur ce point : « Ad 2. De Sanctis titularibus responsum est : De Titularibus Cathedralis tantum posse recitari officium sub ritu duplici in tota civitate, et cum octava in Cathedrali tantum [2] ». Le 23 septembre 1684, la S. Congrégation rappelait l'obligation de ce Décret [3]. Ces Décrets énoncent un principe général qu'aucun autre décret général n'a modifié.

2. La coutume aurait cependant pu introduire le droit de le célébrer dans le reste du diocèse, du rite double

(1) Falise, *Cérémonial Romain et cours abrégé de Liturgie pratique*, part. II, sect. IV, chap. III, § I, n. 3, (B) ; De Herdt, *Sacræ Liturgiæ praxis*, part. IV, n. 225, R. 1o ; Le Vavasseur, *Cérémonial selon le rite romain*, part. III, n. 151 ; *Revue Théologique*, tom. I, pag. 578.

(2) Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 772, vol. I, pag. 166.

(3) Gardellini, *Ibid.*, n. 3067, vol. II, pag. 62.

majeur, mais sans octave, comme il ressort de la décision de la S. Congrégation des Rites, du 28 septembre 1658 [1] ; voire même du rite double de première classe avec octave, ainsi que le tolère la même S. Congrégation dans son décret du 12 novembre 1831 [2].

3. Quant aux Réguliers, ils sont tenus de faire cet office du rite double de première classe, mais sans octave [3]. Il faudrait toutefois excepter, disent ces auteurs, le cas où un privilège apostolique aurait donné un patron à l'Ordre ; ses membres ne feraient alors cet office que double de seconde classe [4]. Cela paraît résulter de la déclaration de la S. Congrégation des Rites du 16 avril 1842 [5].

(1) Il y est dit : « In diœcesi, ubi colitur festum peculiaris Patroni, nihil (fit) de Patrono civitatis, vel, attenta consuetudine, sub duplici majori tantum sine octava. » Gardellini, n. 1933, *ibid.*, pag. 326.

(2) « 41. Civitates et oppida, quæ jam habent Patronum principalem, debent ne, aut saltem possunt continuare celebrationem Protectoris principalis diœcesis sub ritu duplicis primæ classis cum octava, et cum obligatione utriusque præcepti ex consuetudine ? — Resp. Ad 41. Affirmative ad primam partem, seu continuationem Officii ; negative quoad secundam, seu quoad obligationem utriusque præcepti juxta Decreta alias edita. » Gardellini, *Ibid.*, n. 4669, vol. III, Append. I, pag. 76 et 78.

(3) De Herdt, *Ibid.*, R. 2°. Le 22 novembre 1664, la S. Congrégation l'avait formellement décidé : « 4. An Regulares et Moniales ejusdem terræ teneantur facere Officium Dedicationis dictæ Collegiatæ tamquam de insigni et majori ecclesia ? — Resp. Ad 4. De titulari Ecclesiæ Cathedralis, et Patrono teneantur, sed in die tantum, non per octavam. » Gardellini, *Ibid.*, n. 2302, vol. I, pag. 392.

(4) De Herdt, *Ibid.*

(5) « 8. Utrum Regulares possint et debeant Festum Patroni Regni et diœcesis, ubi commorantur, celebrare, non obstante celebratione proprii Ordinis Patroni ? Et quatenus, affirmative, sub quo ritu ? — Resp. Ad 8. Quoad primam partem, affirmative ; quoad secundam, ritu duplicis secundæ classis sine octava. » Gardellini, *ibid.*, n. 4941, vol. IV, pag. 66.

4. Plusieurs anciens liturgistes, s'appuyant sur quelques Décrets [1], étaient encore plus sévères, et ne permettaient l'office du Titulaire au Clergé séculier que dans la cathédrale. Ainsi pensait Halden [2]. Il admettait que le Clergé régulier était obligé de faire cet office du rite double de première classe, mais sans octave [3].

D'autres voulaient que le Clergé séculier et régulier de tout le diocèse en fît l'office ; mais ils limitaient l'octave à l'église cathédrale. Telle est l'opinion de Bouvry [4].

Enfin d'autres, à la suite de Cavalieri [5], sont d'avis que le Clergé séculier et régulier de tout le diocèse est obligé de faire l'office du Titulaire de la cathédrale du rite double de première classe ; le Clergé séculier avec octave, le Clergé régulier sans octave [6]. Ces auteurs tiennent le Décret du 28 octobre 1628 comme révoqué par les Décrets postérieurs.

5. En voici quelques-uns qui établissent ce sentiment de manière à le mettre hors de doute.

5. An Festum Conceptionis B. M. V., quæ est Titulus Ecclesiæ Cathedralis, celebrari debeat sub ritu duplici primæ classis, tam in civitate, quam in diœcesi, et ab utroque Clero ? — Resp. Ad 5. Affirmative [7].

(1) Ceux du 28 octobre 1628 et 28 septembre 1684.

(2) *Ephemerologium ecclesiastico-rubricisticum novum*, part. III, titul. I, Dixi 3.

(3) *Ibid.*, Petes 1.

(4) *Expositio Rubricarum Breviarii, Missalis et Ritualis Romani*, tom. I, part. II, sect. III, titul. I, § III, punct. I, n. 16 et 17.

(5) *Opera Liturgica*, tom. I, cap. I, decret. VI, n. 4 ; et decret. XIII, n. 3 ; cap. III, decret. VIII, n. 9, sq.; tom. II, cap. XXIV, decret. XXIV, n. 3.

(6) De Carpo, *Compendiosa Bibliotheca liturgica*, part. I, n. 311 ; *Analecta Juris Pontificii*, série I, col. 865 sq.

(7) Die 22 augusti 1772. Gardellini, *ibid.*, n. 4360, vol. II, pag. 487.

8. Debetne fieri in tota diœcesi Officium cum Octava Titularis Ecclesiæ Cathedralis, aut Patroni? — Resp. Ad 8. Affirmative [1].

1. An universa diœcesis teneatur ad celebrandum sub ritu primæ classis cum octava de Festo Transfigurationis Domini, quia est Ecclesiæ Cathedralis et Civitatis Titularis? — Resp. Ad 1. Affirmative [2].

Petiit Procurator Generalis Capuccinorum declarari : quomodo concurrere debeant Regulares in celebratione Festi Patronorum, seu Titularium Cathedralium Locorum circa Officium et Missam? Et S. R. Congregatio respondit : Regulares in Festis Patronorum, seu Titularium Cathedralium Locorum debere celebrare sub ritu duplici Officium cum Missa, prout celebratur in dictis Cathedralibus ipso tantum die Festi, et non Octavas ; et ita per quoscumque Regulares servari debere declaravit [3].

1. An dicti Religiosi præter Officia Patroni principalis loci et Titularis Ecclesiæ Cathedralis (ad quæ recitanda ipsos teneri jam declaratum est), possint uti Calendario diœcesano quoad reliqua Officia, quæ in Cathedrali, vel Civitate, vel Diœcesi respective recitantur? — Resp. Ad 1. Regulares non posse uti Calendario diœcesano, sed tantum teneri ad recitationem Officii proprii Patroni principalis, et Titularis Ecclesiæ Cathedralis, nec non Protectoris Civitatis [4].

6. Utrum Moniales Episcopo subjectæ teneantur celebrare Octavam Patroni et Dedicationis Basilicæ Cathedralis, cæteraque Officia particularia Sanctorum Lauden. pro reliquo Clero a Sede Apostolica approbata? — Resp. Ad 6. Moniales prædictas teneri solum ad Officium Patroni principalis loci, et Titularis

(1) 2 Septembris 1741. Gardellini, n. 4119, vol. II, pag. 388. — Cf. 8 Aprilis 1713, *ibid.*, n. 3853, pag. 281.

(2) 4 Septembris 1745. Gardellini, *ibid.*, n. 4176, vol. II, pag. 415.

(3) 22 Junii 1630. Gardellini, *ibid.*, n. 866, vol. I, pag. 179.

(4) 23 Martii 1683. Gardellini, *ibid.*, n. 3019, vol. II, pag. 47. — Cf. 15 Julii 1769, *ibid.*, n. 4349, *ibid.*, pag. 479.

Ecclesiæ Cathedralis ; non vero ad Octavas, ut alias decretum etc., et ex convenientia ad Officium Dedicationis Ecclesiæ [1].

Dans ce sentiment donc, le décret URBIS du 28 octobre 1628 avait été, du moins en partie, abrogé par les Décrets postérieurs.

6. L'Evêque de Montréal voulut en avoir le cœur net, et s'adressa à la S. Congrégation des Rites, demandant :

1. Si le décret du 28 octobre 1628 est réellement abrogé quant à ce point.

2. S'il est encore en vigueur partout où l'on n'a pas obtenu un privilège contraire, ou bien là où le Titulaire de l'église cathédrale n'est pas en même temps Patron.

3. Comment il faut interpréter les mots *ritu duplici*.

La réponse de la S. Congrégation à ces trois questions confirme expressément le sentiment de Cavalieri et de De Carpo. C'est donc un point définitivement résolu.

7. A ces trois demandes Mgr l'Evêque en ajoutait une quatrième concernant la qualité de cette fête pour ceux qui ne sont pas attachés à la cathédrale. Doit-on, pour eux, la considérer comme une fête secondaire, de sorte que fût-elle même d'une dignité supérieure, elle doive céder le pas à la fête primaire du Patron du lieu, ou du Titulaire de l'église, tant dans l'occurrence que dans la concurrence.

Voici ce que nous lisons dans De Carpo sur ce point :

Festum Titularis Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis [2]

(1) 20 Novembris 1683. Gardellini, *ibid.*, n. 3040, vol. II, pag. 54. — Cf. 22 Augusti 1744, *ibid.*, n. 4162, pag. 408.

(2) On entend par *église quasi cathédrale* celle qui, étant exempte,

ab iis, qui non sunt eidem strictim addicti sensu n. 308 explicato [1], censendum est secundarium, utpote de Ecclesia non propria, sicut Sacra Rituum Congregatio declaravit in casu simili, nempe quoad Festum Dedicationis Ecclesiæ pariter Cathedralis, ut supra n. 304 dictum est [2] ; ac proinde apud illos non est præferendum Festis primariis ejusdem ritus [3].

La Sacrée Congrégation a confirmé cet enseignement en donnant une réponse affirmative à la demande de l'Évêque.

8. La réponse s'applique expressément à l'occurrence et à la concurrence de la fête même. Il semble rationnel de l'étendre à l'occurrence des jours *infra octavam*.

Lorsque deux ou plusieurs octaves sont en occurrence, *dit Falise*, il faut observer les mêmes règles (celles données pour l'occurrence des fêtes) pour déterminer celle dont on fera l'office. D'après cela un jour octave sera toujours préféré à un jour dans

jouit elle-même d'une juridiction quasi épiscopale sur un certain territoire qui lui sert en quelque sorte de diocèse. Cf. Cavalieri, *Op. cit.*, tom. I, cap. I, decret. XIII, n. 3.

(1) Ubi : « Qui Ecclesiæ eidem adeo sunt addicti, ut eorum propria censeatur. Isti autem sunt tantummodo : I. Qui illius Choro quocumque modo pro munere intersunt. II. Qui aliquod Beneficium possident quod pro Titulo ipsam Ecclesiam habeat, non vero ibi tantummodo Altare vel Cappellam. III. Illi, quibus commissa prorsus et commendata est cura ipsius Ecclesiæ quoad spiritualem administrationem... IV. Regulares quoad Ecclesiam adnexam Conventui, Domui seu Monasterio, in quo morantur ; item Seminaristæ in sacris constituti, aliique in Seminario degentes, quoad Ecclesiam eidem Seminario adnexam. »

(2) 14 Maii 1656. Gardellini, *ibid.*, n. 5224, ad 3, ubi : « Festum Dedicationis Ecclesiæ non propriæ utpote secundarium in paritate ritus esse omnibus Festis etiam secundariis Christi Domini, et primariis Beatæ Mariæ Virginis ac Sanctorum in occurrentia postponendum : in concurrentia vero non cedere nisi Festis primariis et secundariis Domini Nostri Jesu Christi. » Vol. IV, pag. 192.

(3) *Op. cit.*, part. I, n. 312.

l'octave, celui-là ayant le rite double ; l'octave d'une fête de première classe l'emportera sur l'octave d'une fête de seconde classe, et ainsi de suite. On peut dire en général : lorsqu'une fête l'emporte sur une autre, son octave l'emporte aussi sur l'octave de l'autre fête [1].

De Carpo émet les mêmes principes :

Si plures Octavæ simul occurrant, præfertur illa, cujus Festum altiorem ritum obtinet, licet objective sit minus dignum [2]..... Si vero Festa eumdem ritum habent, præfertur Octava Festi primarii, dignioris dignitate insigni, tametsi occursus sit cum Octavis Sanctorum, quorum Festa in occurrentia nulli cedunt, uti sunt Festa Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri et Pauli, ac Omnium Sanctorum ; quia etsi istorum Festa sint privilegiata, non sunt tamen privilegiatæ eorum Octavæ [3]..... Si autem Festa Octavam habentia sint ritu et dignitate æqualia, vel sint secundaria, tunc anteferenda est Octava illius Festi, quod juxta communes occurrentiæ leges alteri Festo præfertur [4].

Cavalieri en donne le motif en peu de mots : « Octava enim est accessorium festi, et accessorium sequitur naturam sui principalis [5]. »

(1) *Op. cit.*, part. II, sect. III, chap. II, § I, n. 6, (G).

(2) C'est ce qui a été décidé à maintes reprises par la S. Congrégation des Rites ; entr'autres : le 19 juin 1700, *in Curien*, ad 2 (Gardellini, *ibid.*, n. 3565, vol. II, pag. 191) ; le 29 novembre 1755, *in Varmien*, ad 3, (*Ibid.*, n. 4259, vol. II, pag. 450) ; le 11 mars 1820, *in Mazarien*, ad 5 (*Ibid.*, n. 4566, vol. III, pag. 157) ; le 24 mars 1860, *in una Vicariatus Apostolici Pondicherii*, ad 1 (*Ibid.*, n. 5305, vol. V, Append. III, pag. 40).

(3) Cf. Cavalieri, *Op. cit.*, tom. I, cap. I, Decret. XXII, n. 15.

(4) *Compendiosa Bibliotheca Liturgica*, part. II, n. 191.

(5) *Loc. cit.*, Decret. XVI, n. 28. Cf. *ibid.*, Decret. XV, n. 16. Voir aussi De Herdt, *Op. cit.*, tom. II, n. 245 ; Le Vavasseur, *Op. cit.*, part. III, n. 95.

D'après ces principes, l'Octave du Patron du lieu ou du titulaire de l'église propre l'emportera sur l'octave du Titulaire de l'église cathédrale, celui-ci l'emportât-il en dignité sur les premiers.

## II.

1. Le second doute concerne l'interprétation de la faculté d'ordonner *extra tempora*. L'Église a déterminé les jours où il est permis de conférer les Ordres sacrés : ce sont les samedis des IV Temps, le samedi qui précède le dimanche de la Passion, et le samedi saint [1]. L'Église réprouve la coutume contraire : « Significamus, *décrète Alexandre III*, quod consuetudo illa, utpote institutioni ecclesiasticæ inimica, est penitus improbanda [2]. »

2. Ce qui n'est pas permis en vertu du Droit commun peut le devenir avec l'autorisation du Souverain Pontife. Le Saint-Siège a coutume de donner des pouvoirs spéciaux sur ce point aux Évêques des pays éloignés de Rome. Le n. 1 des facultés accordées aux Evêques d'Amérique porte : « Conferendi Ordines extra tempora, et non servatis inter-

(1) Cap. *De eo autem*, 3, *De temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum ;* Concilium Tridentinum, sess. XXIII, cap. 8, *De reformatione ;* Pontificale Romanum, titul. *De Ordinibus conferendis.*

(2) Cap. *Sane*, 2, *De temporibus ordinationum etc.* Dans un décret du 14 décembre 1693, approuvé par Innocent XII, on lit : « Eos vero omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis respective tribuendi licentiam ut conferant, maxime cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites, *cujusvis consuetudinis,* aut exempli prætextu transgrediantur. » Apud Giraldi, *Expositio Juris Pontificii,* part II, sect. XCV, pag. 948.

stitiis, usque ad presbyteratum inclusive, si sacerdotum necessitas ibi fuerit. »

Kenrick enseigne qu'en vertu de cette clause, les Évêques des États-Unis peuvent conférer les Ordres sacrés à tel jour qu'il leur plaît : « Sed Episcopis Fœderatarum Provinciarum indulgetur, ut Ordines conferant extra tempora : quapropter videtur licere eos conferre quolibet die, pro æquo Episcopi arbitrio [1]. »

3. L'enseignement des auteurs [2], corroboré par les décisions des Congrégations Romaines [3], s'écartait de cette manière de voir ; il ne permettait d'user de cette faculté que les dimanches et les jours de fêtes de précepte, ou du moins qui avaient été autrefois de précepte, bien qu'elles ne le fussent plus actuellement [4].

4. Mgr l'Évêque de Montréal soumit la question à la S. Congrégation des Rites, dont la décision est conforme et à l'enseignement commun et aux déclarations anté-

(1) *Theologia moralis*, tract. XX, n. 34. Cette opinion était jugée probable par Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. I, titul. XI, n. 11 ; Lacroix, *Theologia moralis*, lib. VI, part. II, n. 2293 ; Diana, *Resolutiones morales*, tom. II, tract. V, resol. XCVIII, § 2 ; Bouix, *Tractatus de jure Regularium*, tom. II, pag. 627, q. VI.

(2) S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. VI, n. 797, dub. 4 ; Card. Lugo, *Responsa moralia*, lib. I, dub. XXXIV, n. 2 ; Barbosa, *De officio et potestate Episcopi*, part. II, Alleg. XI, n. 22 ; S. Antoninus, *Summa Theologica*, part. II, titul. IX, cap. XII, § 1.

(3) S. Congr. Conc. 25 januar. 1581, ad 2 (Fagn. in cap. 3, *De tempor. ordinat.*, n. 42) ; die 15 januar. 1689 (Giraldi, *Op. cit.*, part. II, sect. CI, pag. 964). — Declarat. Clementis XI, 3 martii 1712 (Rigantius, *Commentaria in regulas Cancellariæ*, Regul. XXIV, § 1, n. 63).

(4) S. Congreg. Rituum, 12 novembris 1831, ad 1. Gardellini, *ibid.*, n. 4669, vol. III, Append. I, pag. 73 ; 18 februarii 1843, Gardellini, *ibid.*, n. 4953, vol. IV, pag. 70. — S. Congregatio Concilii, 20 april. — 11 maii 1782, *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. LI, pag. 58 et 64.

rieures des Congrégations Romaines. On doit donc dire que l'opinion de Kenrick est dénuée de toute probabilité.

## III.

Le troisième doute concerne une question dont notre *Revue* s'est occupée dans le temps [1]. Elle a rappelé les deux opinions opposées, laissant la liberté de suivre l'une ou l'autre, et exprimant le désir qu'on s'adresse à la S. Congrégation des Rites, qui seule a réellement qualité pour résoudre la difficulté.

La S. Congrégation des Rites, à laquelle le doute fut soumis, n'alla pas jusqu'à faire, comme Cavalieri [2], une obligation de dire l'antienne de la sainte Vierge après les vêpres dans les circonstances exposées ; mais elle n'approuva pas non plus le sentiment de Cuppini [3], qui se prononçait pour l'omission de l'antienne. Elle décida qu'il est *louable* de la dire.

Si l'on s'abstient d'ajouter l'antienne de la sainte Vierge, qui n'est ainsi que de conseil, on ne doit pas omettre le *Pater*, lequel, d'après la Rubrique [4], doit clôturer la récitation des heures canoniques. Son omission serait purement arbitraire.

(1) Tome IV, pag. 654 sq.

(2) *Opera Liturgica*, tom. II, cap. XL, decret. III, n. 6. De Herdt semble partager cette opinion, *Op. cit.*, tom. II, n. 371.

(3) *Instructiones Liturgicæ*, an. 1773, *De Vesperis solemnibus*, n. 19. Bauldry paraît du même avis : *Manuale sacrarum Cæremoniarum*, part. II, cap. XI, artic. I, n. 46.

(4) « Qua (hora) finita, dicitur Pater noster, ita ut semper dicatur in fine ultimæ horæ. » *Rubricæ generales Breviarii*, titul. XXXII, n. 1.

## IV.

Le quatrième doute concerne une autre question sur laquelle les auteurs étaient également partagés. Comment doit-on conclure les Matines quand on les sépare des Laudes ; et comment, dans ce cas, doit-on commencer les Laudes ?

Qu'on puisse licitement séparer les Laudes des Matines, c'est communément reçu [1]. Cela n'a lieu toutefois que dans une des cérémonies publiques de l'Église : la nuit de Noël, la Messe de minuit sépare ces deux parties de l'Office. La Rubrique du Bréviaire prescrit de dire l'oraison du jour après le *Te Deum* [2] ; et immédiatement après la Messe, on entonne *Deus in adjutorium, etc.*, pour commencer les Laudes.

Cette disposition fixée par la Rubrique pour le jour de Noël établit-elle une règle qui doive être suivie dans tous les cas où l'on séparera les Matines des Laudes ?

1° Quant à la conclusion de Matines dans ce cas, les auteurs s'accordent assez pour exiger la récitation du *Pater*, comme la Rubrique le prescrit pour terminer l'Office [3].

(1) S. Alphonsus, *Op. cit.*, lib. v, n. 167 ; Salmanticenses, *Cursus Theologiæ moralis*, tract. xvi, cap. iii, n. 4 ; Suarez, *De Religione*, tom. ii, tract. iv, lib. iv, cap. xxiv, n. 9 ; Sanchez, *Consilia*, lib. vii, cap. ii, dub. xx, n. 1 ; Lacroix, *Op. cit.*, lib. iv, n. 1305.

(2) « Quo (Hymno *Te Deum*) finito, dicitur *Dominus vobiscum*... Oratio, *Concede*, etc. »

(3) Lacroix, *Loc. cit.*, n. 1305 ; S. Alphonsus, *Loc. cit.*; Gavantus, *Op. cit.*, tom. ii, sect. iv, cap. ii, n. 3 ; Cavalieri, *Op. cit.*, tom. ii, cap. xxxiv, decret. i, n. 10 ; Bouvry, *Op. cit.*, tom. i, part. ii, sect. iii, titul. xiii, n. 7, R. ad ii. — Paraissent cependant d'un autre avis : De Herdt, *Op. cit.*, tom. ii, n. 311 ; Lohner, *De horis canonicis*, part. ii, titul. i, § xi, n. 2.

2° Faut-il y ajouter l'oraison du jour, comme à la nuit de Noël ? Beaucoup d'auteurs le nient, aucune Rubrique n'en établissant l'obligation [1]. Les Liturgistes les plus autorisés exigent la récitation de cette oraison, en se fondant surtout sur la rubrique de la nuit de Noël [2]. La S. Congrégation des Rites vient de leur donner raison.

3° Comment faudra-t-il commencer les Laudes ? Les uns veulent qu'on récite le *Pater* et l'*Ave* en commençant [3]. D'autres, sans l'exiger, trouvent cette pratique louable [4]. D'autres enfin sont d'avis qu'on doit omettre le *Pater* et l'*Ave*, et commencer absolument comme au jour de Noël [5]; et la S. Congrégation a adopté leur manière de voir, en décidant qu'on doit commencer les Laudes comme dans le Psautier.

## V.

Dans le cinquième doute la S. Congrégation est encore interrogée sur un point dont notre *Revue* s'est occupée. On lui demande s'il est permis, dans les églises non soumises à l'obligation du chœur, de chanter les vêpres de l'Annonciation immédiatement après la Messe, lorsque

(1) Sanchez, *Loc. cit.*, n. 2 ; Lohner, *Loc. cit.;* De Herdt, *Loc. cit.;* Gobat, *Experientiæ theologicæ de septem sacramentis*, tract. v, n. 672 ; Salmanticenses, *Op. cit.*, tract. xvi, cap. iii, n. 4.

(2) Gavantus, *Loc. cit.;* Cavalieri, *Loc. cit.;* Diana, *Op. cit.*, tom. iii, tract. vi, resol. lxx, n. 3; Bouvry, *Loc. cit.;* Bonartius, *De horis canonicis*, lib. ii, cap. xvii, n. 4.

(3) Gavantus, *Loc. cit.;* n. 4 ; Cavalieri, *Loc. cit.;* Bouvry, *Loc. cit.;* Gobat, *Loc. cit.*, n. 673 ; Lohner, *Loc. cit.*, titul. ii, § i, n. 1.

(4) De Herdt, *Loc. cit.*, n. 313.

(5) Salmanticenses, *Loc. cit.;* Lacroix, *Loc. cit.;* Azor, *Institutiones morales*, part. i, lib. x, cap. viii, q. 4.

cette fête tombe en carême? Et, dans ce cas, le célébrant peut-il revêtir le pluvial sur l'aube, après avoir déposé la chasuble, l'étole et le manipule; ou doit-il se rendre à la sacristie et se vêtir du rochet et du pluvial?

Nous ne pensons pas qu'il y ait jamais eu désaccord sur le premier point : les Liturgistes approuvent que, pour la récitation privée des Vêpres en Carême, on se conforme aux églises chez lesquelles l'obligation du chœur existe [1].

Quant au second point, Falise n'autorisait pas le célébrant à conserver l'aube pour chanter les Vêpres de l'Annonciation [2]. La S. Congrégation en a jugé autrement : elle lui permet de conserver l'aube ou de prendre le surplis.

## VI.

